

[illegible]

DE ELOCUTIONE CALLIMACHI

DISSERUIT

LAUR. AX. ALFR. AULIN
Ph. D. ad gymn. Reg. Geval. vic. Graec. l. Lector.

UPSALIAE
FORMIS EXPRESSIT ACAD. REG. TYPOGRAPHUS.
MDCCCLVI.

DE ELOCUTIONE CALLIMACHI.

PROOEMIUM.

Ut in universa rerum natura omnia videmus florescere primum, deinde ad perfectionem quandam et maturitatem pervenire, denique deflorescere et caduca fieri, ita in hominum studiis et artibus atque in omnibus humanis rebus fieri videmus, primum ut inveniantur, tum excolantur, denique vero, postquam in iis elaboratum est, inclinari in deterius incipiant. Quae eadem fuit literarum Graecarum vicissitudo: nam videmus ex initio et quasi incunabulis primum habuisse eas cultum et incrementum apud Ionicam gentem, tum ab Atticis imprimis scriptoribus ad elegantiam summam et copiam in omni fere genere perductas, deinde, simulatque debiliores factae erant opes Graecarum civitatum, divulgatas quidem per alias terras, sed tamen delapsas quodammodo et in nova genera mutatas. Namque Alexandri expugnationibus quum in omnes fere Asiae partes linguae Graecae quasi viae quaedam panderentur, tum quae inde exstiterunt dialectorum varietates apud populos ἑλληνίζοντας postmodo appellatos, eae ad perfectionem nullam umquam perductae literis sunt, sed in exilitatem usus quotidiani sermonis atque in exiguum publicorum munerum gyrum compulsae sunt. His autem ipsis temporibus quae floruit in scholis philosophorum et grammaticorum doctrina elegantior et subtilior, ea quamquam erat excelsa et admirabilis, tamen, quum neque e domestica vita et cultu aut e memoria patriae communis haberet ortum, neque in judicium populi intelligentis revocari posset, nimirum succo illo et sanguine proprio atque ingenuo carebat. Verum in hac ipsa literarum conditione nonnulla sunt eminentia et insignia neque solum commemoratione verum etiam admiratione digna. Etenim quamvis saecula satis multa jam erat in artibus et literis elaboratum a Graecis, tamen relicta erant

DE ELOCUTIONE CALLIMACHI

DISSERUIT

LAUR. AX. ALFR. AULIN
Ph. D. ad gymn. Reg. Geval. vic. Graec. l. Lector.

UPSALIAE
FORMIS EXPRESSIT ACAD. REG. TYPOGRAPHUS.
MDCCCLVI.

machum et antiquos poëtas intercedere discrimen, multasque horum virtutes apud Alexandrinos non reperiri. Attamen habet ipse sua merita suasque virtutes Callimachus; quamquam neque quae insunt omni ex parte pro antiquorum ratione sunt aestimanda, neque quae desiderantur, ea ipsi magis quam temporibus defuerunt, cui diligentia et imitatione et artis subsidiis efficienda fuisse ea, quae antiquis natura fere insita essent, suspicari licet. His igitur perpensis rebus, postquam videmus saevitum fere esse in neminem magis quam in Callimachum, tanto majore putamus aequitate et excusatione exercendum nobis judicium, ne, quum temporum iniquitate scripta ejus longe plurima et laudatissima perierint, videamur ἐρήμην κατηγορεῖν ἀπολογουμένου οὐδενός.

1. Primum igitur Callimachus habet elocutionem non unius quasi coloris neque aequabiliter profluentem, sed *summa varietate distinctam*. Haec sententia non dubito quin omnibus iis offensioni sit, quibus judicium Weicherti [11]) ad veritatem quodammodo accedere persuasum sit: quo tamen, re diligentius perpensa, nihil videtur falsius esse posse. Nam ut sint hymni ejus "omni Alexandrinorum poëtarum tumore, argutiis, fuco et operoso ornatu onerati" [12]), ita tamen minime oratione arida ac frigida taedium affert copiosa illa rerum fere omnium doctrina, sed potius venusta quadam et multiplici sermonis varietate totus ille ornatus majorem accipit speciem ac delectationem. Nihil Callimachi oratione est inconstantius sibique ipsi dissimilius. Est enim modo pressa et contracta ideoque interdum subobscura, modo copiosa quadam ubertate redundat, ut verissimum Meinekii putaverim esse judicium, Callimachum in summa brevitate esse loquacissimum. Tenuis fere

---

aus der damaligen Zeitgeiste und der Richtung, welche die geistige Bildung und Erziehung damals genommen hatte» etc. — ea in Callimacho judicando dici poterant, cui tamen p. 32 nulla data est excusationis venia: »Er war ein fleissiger und gründlicher Sprach- und Geschichtsforscher, kenntnissreich, *aber ohne Gefühl fürs Schöne, und seine Geschmacklosigkeit spricht sich deutlich in der Wahl der Stoffe aus,* die er zu poëtischen Arbeiten nahm.» Cfr. Bernhardy. ib. p. 479 sq.

11) Vid. p. 27 sq. et eos quos ibi laudavit.

12) Verba sunt J. C. Th. Ernestii, de eloc. poët. lat. luxurie (Act. soc. Lips. T. II. p. 1. pag. 59).

est et submissa, sed nonnumquam exaggerata altius et vehemens atque ejusmodi luminibus distincta, quibus speciem quandam et ornatum addere orationi solent optimi poëtae. In omni igitur materia et forma orationis undique miscuit colores.

Brevitas autem orationis Callimachi qualis fuerit his potissimum exemplis intelligi poterit. Frequentissimae sunt tales locutiones, quibus inest quaedam ellipsis ejusmodi, ut cogitatione supplendum sit vocabulum aliquod [13]): ut Ap. 7 *ὁ γὰρ θεὸς οὐκ ἔτι μακράν* (sc. *ἄπεστι*). Dian. 60 *χαλκὸν ζείοντα καμινόθεν . . . τετύποντες*. Ib. 150 *ταῦρον ἐκ δίφροιο ὀπισθιδίοιο ποδὸς φέρει* (ubi ad idem verbum *φέρειν* referuntur *ἐκ δίφροιο* et *ὀπισθ. ποδός* intellecto *λαβών*). Verba non pauca absolute posuit, ut *μύων λαγωός* (non addito *ὄμματα*) Dian. 95 de lepore patentibus oculis dormiente, de qua re *δερκευνής* dicitur a Nic. al. 67; *κείρασθαι* (omisso *κόμην*) Dian. 126. Quibus addi possunt quae infra sunt collecta omissi accusativi exempla, ubi de syntaxi agitur. Dian. 113 *κερόεις ὄχος* breviter dicitur pro curru a cornigeris cervis ducto: et similem fere in modum *αἰθόμενος γείτων* Del. 180 pro *γείτων οὗ ἐστιν αἰθόμενα τὰ ἔργα*. Dian. 77 sq. *τὸ δ' ἄτριχον εἰσέτι καὶ νῦν μεσσάτιον στέρνοιο μένει μέρος, ὡς ὅτε κόρσην φωτὸς ἐνιδρυνθεῖσα κόμην ἐπενείματ' ἀλώπηξ* festinantem quodam modo comparationis formam exhibet et breviorem, quam apud epicos fieri solet. Formula *οὐ νέμεσις*, quam fere infinitivo conjungit Homerus, unde et *ἀσυνδέτως* posita est Dian. 64 post illud quod mirum non sit. Cfr. Epigr. 22, 5. *Διερός* Ap. 28 praegnantem habet significationem: *lacrimis humidus*. Similiter Jov. 92 sq. *ἀείδειν* est *digne cantare*. Epigr. 12 brevitate ipsius carminis et pressa verborum paucitate hominem ridet pusillum sed in dolichodromo olim victorem [14]): en poëtae jocosi festivitatem et acumen. Brevitatis studium etiam ii exhibent loci, ubi

13) Mittitur hoc loco frequens illa pronominum ellipsis, quam, etiamsi durius quid apud Callimachum interdum habere videatur, tamen latissime apud omnes scriptores patere cognitum est. Vide Cer. 69: *ὅσσα πάσαιτο, τόσων ἔχεν ἵμερος αὖτις*.

14) Ea enim significatio videtur esse accusativi *δολιχόν*. Cfr. Bernhardy. Synt. p. 119.

vinculis minus arcte contracta videntur membra orationis: de qua re posthac dicendum est.

Ut brevitatem orationis, ita artificiosam illam ubertatem variis modis assectatus est. 1) Huc pertinent primum ii loci, qui ejusmodi exhibent pleonasmum, ut pluribus quam opus sit verbis descripta res videatur: ut Del. 19 Corsicam post Delum secundum inter insulas locum tenentem his verbis exprimit ἡ δ' ὄπιϑεν Φοίνισσα μετ' ἴχνια Κύρνος ὀπηδεῖ. Del. 300 σὲ μὲν περί τ' ἀμφί τε νῆσοι κύκλον ἐποιήσαντο (v. Lob. path. I. p. 177, not. 44 et alios locos ap. Bernhardy. synt. pag. 199). Dian. 84 μονιὸν δάκος et πελώριον ϑηρίον idem significant. — 2) Deinde ii loci, ubi in rebus mythicis enarrandis non raro aliquantisper moratur, ut aut temeritatem aut intemperantiam aut dolorem deorum hominumve aut rerum insolentiam data occasione cum luxuria quadam amplificet atque exornet. Ut Dian. 51—70 multus est in terrore Cyclopum explicando. Ib. 150—161 ridiculam Herculis voracitatem copiose exponit. Ib. 173 sacra crudelia Taurorum a Diana detestata adumbrat circumlocutione hac: ἵνα Ἁλὰς Ἀραφηνίδας οἰκήσουσα ἦλϑες ἀπὸ Σκυϑίης, ἀπὸ δ' εἴπαο τέϑμια Ταύρων, quam rem aperte patet efferre altius voluisse poëtam, quum reliqua loca, ubi culta fuerit Diana, simpliciter enumeret: ἀγχόϑι πηγάων Ἰνωποῖο, ἢ Πιτάνης ἢ ἐνὶ Λίμναις. Ap. 22—24. Niobes calamitatem sic expressit: ὁ δακρυόεις ἀναβάλλεται ἄλγεα πέτρος, ὅστις ἐνὶ Φρυγίῃ διερὸς λίϑος ἐστήρικται, μάρμαρον ἀντὶ γυναικὸς ὀϊζυρόν τι χανούσης, quae quanta brevitate limata simul et cognominatis verbis loquacia sint, nemo est quin videat. Del. 55 sq. abundanter explicat iram Junonis erga Latonam his fere verbis: οὐδ' Ἥρην κοτέουσαν ὑπέτρεσας, ἣ ἐπεβριμᾶτο ... Λητοῖ διακριδόν. Τῷ ῥα καὶ αὐτὴ μὲν σκοπίην ἔχεν αἰϑέρος εἴσω, σπερχομένη μέγα δή τι καὶ οὐ φατόν (irae vehementiam apte exprimit verborum gradatio). Del. 36—40 postquam nomen Ἀστερίης interpretatus est, quo nominata olim fuerit Delos, subjungit quamdiu hoc nomen insulae fuerit inditum. Jov. 18—27 pristinam Arcadiae siccitatem longa oratione exposuit enumerando flumina, quae post Jovem natum ibi exorta sint. Mirabilis locus est Cer. 8 sq., ubi de erroribus Cereris agitur. — 3) Tum creberrimus obser-

vandus est ἐπαναλήψεως et ἀναφορᾶς, ut Graeci loquuntur grammatici, usus: ut Jov. 6—9 Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσί φασι γενέσθαι, Ζεῦ, σὲ δ' ἐν Ἀρκαδίῃ. — Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο Κρῆτες ἐτεκτήναντο. Ib. 87 sq. ἑσπέριος κεῖνός γε τελεῖ τά κεν ἦρι νοήσῃ, ἑσπέριος τὰ μέγιστα, τὰ μείονα δ' εὖτε νοήσῃ 15). Dian. 33 sq. τρὶς δέκα τοι πτολίεθρα. Del. 39 sq. τόφρα μὲν — τόφρα δ' ἔτ'. Del. 224 Ἀστερίη δ' ὀνομαστὶ ἐκάλεσσεν, Ἀστερίη. Ib. 260—263 χρύσεα-χρυσῷ-χρύσειον-χρυσῷ. Cer. 7 Ἕσπερος ἐκ νεφέων-Ἕσπερος. Ib. 47 τέκνον, ὅτις -- κόπτεις, τέκνον, ἐλίνυσον, τέκνον πολύθεστε τοκεῦσι. Lav. 13—15 μὴ μύρα, μηδ' ἀλαβάστρως -- μὴ μύρα -- μηδ' ἀλαβάστρως. Ib. 40 Κρεῖον δ' εἰς ὄρος ᾠκίσατο, Κρεῖον ὄρος 16). Ib. 61—63 ἢ 'πι Κορωνείας. Epigr. 26, 1—3 ὤμοσε -- ὤμοσεν. Plura si quis requirit, conferri possunt Ap. 6 sq. 17 sq. Del. 83—85. — 4) Denique interdum aut versus integri repetiti sunt, ut Cer. 2, 119, Dian. 14, 43; aut eadem saepius repetita sententia est, verbis nonnihil mutatis, ubi non raro accidit, ut vocabula talibus locis communia suam ubique teneant sedem. Cfr. Ap. 8, 12 sq., 16, 56 sq., 60 sq. Del. 249, 252. Cer. 12, 17, 71 sq. Lav. 72 sq. Epigr. 73. Fragm. 52 17).

Postremum quod diximus tenuem fere et submissam esse orationem Callimachi, id inde profectum est quod carmina ejus in fabulis deorum et in rebus geographicis maxime collocata sunt doctioremque omnino habent materiem, quam ut ad magnificum illud dicendi genus apta sint. Neque tamen oratio omnino jejuna aut frigida in eo reprehendi potest; sed non modo si cujus rei natura postulavit vehementiore et exaggerata altius oratione usus est, verum etiam creberrimis verborum translationibus elegantiam optimorum poëtarum aequavit 18). Ad incitatam autem

15) Similis utriusque versus exitus observandus est, in quo genere non minus frequens Callim. est: cfr. v. 92 sq.

16) V. Ruhnkenii observationem ad hunc locum, et de imitatione Apollinaris Naek. Hec. p. 59.

17) De talibus locis quam dissimillima fuerint judicia nihil attinet disceptare post ea, quae disputavit Naekius Hec. p. 10 sq.

18) Hujusmodi orationis lumina quum magnam partem communia plurimis poëtis sint, pauca, ne simus molesti, afferemus translationis exempla, quae antiquorum scriptorum consuetudini minus videntur accommodata

et vehementem faciendam orationem, praeterquam quod optime contulit ἐπανάληψις et ἀναφορά supra commemorata (cfr. Lav. 1 sq. 4. Cer. 135 sq.), duo praecipue adhibuit ornatus genera. 1) Primum est ea figura, quae Latine *iteratio* Graece ἀναδίπλωσις vocatur [19]), quamque exhibent ii loci ubi aut in precibus, aut in adhortationibus, aut in admiratione, aut in commiseratione verbum geminatur. Ut Ap. 2 ἑκάς, ἑκάς, ὅστις ἀλιτρός. Cfr. ib. vv. 21, 25, 102. Del. 118 ἀλλὰ σὺ μεῖνον, μεῖνον. Ib. 204 πέρα, πέρα εἰς ἐμέ, Δητοῖ. Ib. 214 γείνεο, γείνεο, κοῦρε. Cer. 64 ναί, ναί, τεύχεο δῶμα, κύον, κύον. Epigr. 29, 5 καλός, καλός. Cfr. ep. 31, 1. 47, 3. In hunc numerum referendi sunt etiam ii loci, ubi iteratur negandi particula: ut Del. 89 μήπω μή μ' ἀέκοντα βιάζεο μαντεύεσθαι. Cer. 18 μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες [20]). — 2) Deinde multis locis interrogandi quaedam cupiditas deprehenditur, ut verbis utar Naekii Hec. p. 178, et compellandi: cujusmodi ἀποστροφή incitatam et irrequietam orationi addit mobilitatem. Exempla ubique obviam erunt legenti, imprimis vero frequens quae tragicis potissimum usitata est formula, ubi vocativum nominis cujusdam sequitur enunciatio quaedam cum particula δέ, ut Epigr. 16, 1 Τιμονόη, τίς δ' ἐσσί; quamquam Callimacho in exclamationibus magis quam in interrogandi formulis frequens; v. Del. 106 Ἥρη, σοὶ δ' ἔτι τῆμος ἀνηλεὲς ἦτορ ἔκειτο.

2. Tum Callimachus habet genus orationis artificiosis verborum conformationibus et exquisitis nominum interpretationibus

---

esse et exquisitius aliquid habere: ut Dian. 253 Στρατὸν ψαμάτῳ ἴσον. Del. 174 ὀψιγόνοι Τιτῆνες νιφάδεσσιν ἐοικότες, ἢ ἰσάριθμοι τείρεσιν. Del. 298 θέρος τὸ πρῶτον ἰούλων de prima barba juvenum. Fr. 201 ἔαρ pro ἔλαιον, Fr. 247 pro αἷμα. De voce ἐχῖνος vide infra.

19) De generibus hujus conformationis v. Lob. path. I. p. 178.

20) Vid. Vig. idiot. p. 453 et ibid. Herm. p. 794: ubi tamen quae adscripta sunt Homeri exempla, Od. 4, 684 et 11, 612 plane aliena sunt neque inter se quidem omnino similia. In illo enim μὴ μνηστεύσαντες — μηδ' ὁμιλήσαντες membra disjunctiva sunt (cfr. Faesii adn. ad h. l.); in hoc μὴ μηδέ ejus generis formula est, de quo agit Krügerus gramm. I. § 67 reg. 12. Utrumque autem eo differt a locis Callimachi, quod suum cuique particulae verbum negandum subjicitur. Contra similis locus est Arist. Vesp. 1418 μὴ μὴ καλέσῃς, πρὸς τῶν θεῶν.

argutum. Et in hac quidem re ne quis dicat vitium inesse vituperandum, monemus nemini fere inter antiquos scriptores orationis argutias varii generis fuisse alienas. Nam et ipsius linguae Graecae ratio ita comparata est, ut ad ejusmodi lusus verborum factitandos maxime apta et flexibilis sit, et in oratióne sententiosa praesertim aut forti aut jocosa, modo nimia frequentia evitetur, mirum quantum ad animos eorum qui legunt aut audiunt permovendos et quasi fulminis ictu feriendos valent. Mitto hoc loco creberrimum apud omnes usum παρηχημάτων ejusmodi, ut variae ejusdem vocis formae conjungantur (vid. h. Ap. 62), quae res natura ipsae linguae Graecae insita insignem habebat voluptatem et speciosam concinnitatem. Dico autem ea imprimis argutiarum genera, quae ad ἀντίθετα et παρονομασίαν referunt grammatici, quum aut contraria inter se opponuntur aut verba paulum deflexa et poene consonantia conjunguntur, et vero, quae maxime frequentes sunt apud Callimachum, nominum etymologias. Haec igitur contraria et annominationes ut ea lege non modo admittenda sint verum etiam singularem habeant vim ac delectationem, si aut in iis adhibeantur orationis generibus quibus apta sint et consentanea, aut si caveatur ne usus frequentiâ fiant insuavia, aut si sponte secuta non diligenter quaesita videantur; tamen, quum in Callimachi oratione versamur, nescio an aliae quaedam spectandae sint hujus generis causae et rationes. Atque etiamsi nonnulla ejusmodi ornamenta ita adhibita a Callimacho reperiuntur, ut nulla ex parte plerisque legentium delectationem afferant, tamen, quae illorum maxime fuit temporum conditio, cum aliqua excusationis venia de eo judicandum videtur. Considerandum igitur est in iis rebus versari doctos illius aetatis poëtas, quas non ex ipsa vita et cultu insitas a natura, sed haustas operose e libris antiquorum referre in lucem et vitam conarentur. Quod si elaborata illa verborum concinnitas et nimium argutiarum studium videtur aliquid artis plus quam naturae habere, id sane curiosae diligentiae tribuendum est. Hoc igitur artificiosae concinnitatis studium ab umbratili illa et domestica poëtarum Alexandrinorum exercitatione maxime profectum videtur: qui, quum ipsa res et materia nihil haberet ad orationem incitandam gravibus

verbis et sententiis, in oratione facienda quodam modo et expolienda et efferenda ornatu non unius modi omnem artis et memoriae supellectilem collocabant. Deinde ipsi cives Alexandrini, quibus cum grammaticis et poëtis intercessisse aliquod commercium conjectura facile subrepit, quantum proverbiis et facetiis et argute dictis delectarentur in proverbium fere abiit. Quid? quod iis ipsis, qui tunc erant, doctis et elegantibus existimatoribus maxime placuisse videntur non ea poëseos genera, quibus uno quasi tenore pertractaretur rei cujusdam aut hominis memoria, sed elegiae fere et epigrammata, ubi per angustias carminis conclusae minutissima quaeque, tamquam in opere quodam vermiculato, exquisita doctrina et accurata subtilitate rerum ac verborum expolita cernere liceret, et ad studium magis legentium et exercitationem scriptorum facta quam ad elegantiae et venustatis et verae humanitatis fructum ficta. Denique studium etymologiae est Graecis insitum illud quidem a natura, quippe cujus vestigia apud omnes fere, qui quidem antiquitus exstant, scriptores reperire liceat[21]); sed apud Callimachum, quum et saepissime deprendatur et plurima ejusmodi praestitisse videantur *αἴτια* imprimis et *ὑπομνήματα*[22]), et quae nunc reperiuntur exempla aut reconditae doctrinae aut lusus speciem prae se ferant, nonnulla vero a grammaticorum sententiis nihil differant, e grammaticis nimirum, quae hac aetate vigebant, studiis profectum est. Haec igitur omnia spectabimus. Et 1) *contraria* quidem contrariis aut opposita aut conjuncta praebent hi loci: Jov. 9 *σὺ δ' οὐ θάνες, ἐσσὶ γὰρ αἰεί.* Del. 106 *Ἥρη, σοὶ δ' ἔτι τῆμος ἀνηλεὲς ἦτορ ἔκειτο· οὐδὲ κατεκλάσθης τε καὶ ᾤκτισας.* Ib. 235 *μεγάλοιο ποτὶ γλωχῖνα θρόνοιο τυτθὸν ἀποκλίνασα.* Epigr. 21, 6 *τὸν εὔτεκνον χῆρον ἰδοῦσα δόμον.* Cfr. Fragm. 52. His exemplis fortasse ea adscribenda sunt, quae *commutationem* sive *ἀντιμεταβολήν*, quam vocant, exhibent: Epigr. 69 *οὐ γὰρ ἔθνησκον πρῶτον, ἔπειτ' ἐτάφην· ἀλλὰ ταφεὶς ἔθανον.* Jov. 95 *οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν, οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο.* Ap. 26 *ὃς μάχεται μακάρεσσιν, ἐμῷ βασιλῆϊ μάχοιτο, ὅς τις ἐμῷ βασιλῆϊ καὶ Ἀπόλλωνι μάχοιτο.* —

21) Vid. Rud. Schmidt. Stoicorum gramm. p. 5.

22) Cfr. Naek. Hec. p. 69 et Fragm. Blomf. p. 224 ex Athenaeo petitum.

2) *Annominationum* autem haec afferantur exempla: Jov. 52 *Κουρῆτές σε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο, ἵνα Κρόνος ἠχὴν οὔασιν ἐσακούοι καὶ μή σεο κουρίζοντος*. Ap. 53 *ἤ δέ κε μουνοτόκος διδυμητόκος αἶψα γένοιτο*. Ib. 68 *Ὦ πολλον, πολλοί σε Βοηδρόμιον καλέουσι*. Dian. 40 *μῦθον ἐπεκρήηνε καρήατι*[23]). Ib. 44 *Χαῖρε δὲ Καίρατος ποταμὸς μέγα*. Ib. 204 *Οὖπι ἄνασσ' εὐῶπι*. Ib. 229 *πηδάλιον νηὸς σφετέρης ἐγκάτθετο νηῷ*. Del. 325 *Ἱστίη, ὦ νήσων εὐίστιε*. Lav. 10 *αὐχένας ἵππων λυσαμένα, παγαῖς ἔκλυσεν* [a *κλύζειν*] *Ὠκεανῶ*. Per hanc occasionem id conformationis genus commemorem, quod in diversa ejusdem vocis significatione est positum, quodque *διλογίαν* vocant, cujusmodi ex epigrammatis haec observavi: 1, 12. 16 *τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα* illic significat: *turbinem tuum ipsius pelle*, hic: *feminam tibi parem subagita* (quaere uxorem); 30, 1 *Ἀχελῷος aqua* quaevis appellatur, deinde vero versu 3 *Ἀχελῷος* quasi deus compellatur; 50 ambiguam vim vocum *ἅλη* et *ἅλς* festive captat; 54 *ἃς* [*Βερενίκας*] *ἄτερ οὐδ' αὐταὶ ταὶ Χάριτες Χάριτες*. — 3) In *etymologia* denique nominum quam frequens fuerit Callimachus haec potissimum docere poterunt exempla, quorum alia praebent grammaticam interpretationem ad fabulas explicandas pertinentem, alia ludendi fere causa facta videntur. Jov. 44 *Ὀμφάλιον πέδον* insulae Cretae locus vocatur *ἐκ τοῦ ἐνταῦθα ἀποπεσεῖν Διὸς τὸν ὀμφαλόν* (Cfr. Et. M. p. 33, 35). Ib. 47 *Μελίαι* videntur *νύμφαι* appellari, sed habet magnam difficultatem etymologia ob multiplicem appellationis hujus significationem: qua de re conferenda sunt quae in notis ad hunc hymnum antea editis p. 14 collegimus. Ib. 50 postquam de *μελιῶν* (nympharum) cura dictum est, ad *ἔργα μελισσῶν* (apium) argute pergit, quibus nutritus fuerit ab illis Jupiter. Ib. 77 et Dian. 225 *Χιτώνη* cognomen Dianae (vix apud alium reperire licet) scholiastae repetendum videtur aut *ἀπὸ τοῦ τῆς Ἀττικῆς δήμου*, ubi Dianae festum agebant, aut ab eo quod *τικτομένων τῶν βρεφῶν ἀνετίθεσαν τὰ ἱμάτια τῇ Ἀρτέμιδι*, Ahlwardtio autem ab ipsius deae vestitu: fortasse haec omnia spectat Callim. Ap. 96—103 causam explicat ejus quod audiebat Apollo *ἰὴ ἰὴ Παιῆον*. Ceteroquin hic hymnus ad epitheta Apollinis explicanda imprimis factus et com-

23) Nam de ratione horum verborum cfr. Et. G. 345, 37. Deoderl. gloss. Hom. § 733.

positus videtur. Dian 195 sq. *Δικτύναν* dicit appellatam fuisse Dianam et *Δικταῖον ὄρος ἀπὸ τῶν δικτύων* (Cfr Poll. V. sect. 13. Philolog. V. p, 273). Ib. 234 Dianae cognomen *Κορίη* etymologiam habet *ἀπὸ κουρῶν Προίτου*, et 236 *Ἡμέρη ἀπὸ τοῦ ἡμεροῦν τὰς θυγατέρας Προίτου*. Del. 36 *Ἀστερίη* Delos dicitur appellata olim, *ἐπεὶ βαθὺν ἥλατο τάφρον οὐρανόθεν φεύγουσα Διὸς γάμον, ἀστέρι ἴση*. Deinde 53 *Δῆλον* nominatam tradit, *οὕνεκεν οὐκ ἔτ' ἄδηλος ἐπέπλεεν*, quod idem insulae nomen spectat 191, ubi verba sunt: *ἔστι διειδομένη τις ἐν ὕδατι νῆσος ἀραιή*[24]. Lav. 42 *Παλλατίδες* nomen montis prope Argos siti inde ortum dicitur quod Eumedes sacerdos ibi posuerit Minervae simulacrum. Fragm. 62 *Εὐκολίνη* vocatur Hecate *κατ' ἀντίφρασιν, ἡ μὴ οὖσα εὔκολος*[25]. Fragm. 138 *τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον* appellans *ῥαψῳδίαν* eorum exstitisse videtur signifer et auctor, quibus *παρὰ τὴν ῥάβδον* rhapsodiae nomen repetere placuit[26]. Etymologia *ἰάμβου*, si non inventa est a Callimacho, tamen latere videtur in fragmento illo a Dübnero eruto deinde a Keilio (anal. gramm. p. 5) edito, quod cum Schneidero (Callim. *αἰτίων* fragm. p. 3) putamus epigrammatis partem esse. Fragm. Keilii ita emendatum edidit Schneidewin. Phil. III. p. 336: *Ἴαμβος ἡ παρὰ τὸ ἰὸν βάζειν, ὅπερ ἐστὶν ἰοῦ καὶ πικρίας ἀνάμεστα ῥήματα λέγειν. Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ ὁ ποιητὴς Καλλίμαχος· καὶ γὰρ περὶ τοῦ Ἀρχιλόχου λέγων ἐν τῷ Γραφείῳ*[27] *φησὶν οὕτως.*

Εἵλκυσε δὲ δριμύν τε χόλον κυνὸς ὀξύ τε κέντρον
Σφηκός, ἀπ' ἀμφοτέρων δ' ἰὸν ἔχει στομάτων.

---

24) De fabula hujus insulae cfr Tzetz. ad Lycophr. 401.

25) Cfr Et. M. pag. 392, 27. Naek. Hec. p. 271.

26) Eustath. ad Il. init. *ὅτι δὲ καὶ παρὰ τὴν ῥάβδον ἡ ῥαψῳδία εἴρηται, οἱονεὶ ῥαβδῳδία τις οὖσα, φασὶ καὶ τοῦτο οἱ παλαιοί, ἀκολουθοῦντες τῷ Καλλιμάχῳ.* Cfr. excerpta Birnbaum. post Et. G. edita p. 681, 14.

27) Hunc titulum ab aliis tentatum video: Dübn. enim *γραφεῖον* Callimachi contulit *δέλτοις* Antimachi (vid. append. Hesiodi a Didot. editi p. 44); Schneidew. lectione cod. Dübneri Paris. *ἐν τῷ γραφίῳ* ductus proposuit *ἐν τῷ γ' αἰτίων*; Schneider. l. c. *ἐπιγραφεῖον* conjecit hujus libri titulum fuisse, i. e. collectionem *ἐπιγραφῶν* sive epigrammatum ad censuram poëtarum pertinentium; "quae epigrammata tametsi a principio poëtarum voluminibus in bibliotheca Alexandrina servatis inscripta, videtur tamen Callimachus postea iterum edidisse sive seorsum sive ut *πινάκων*

Eandem exhibet etymologiam Io. Tzetz. in poëmate *περὶ διαφορᾶς ποιητῶν* a Dübn. inter proleg. schol. Aristoph. edito v. 166 *ἰὸν δέ πως βάζοντες ἐμπίκροις* [*ἐμπικρῶς* ap. Cramerum an. III. p. 339, 25] *λόγοις κλῆσιν κατεπλούτησαν ἰαμβογράφων.*

3. Deinde Callimachi oratio non semper habet accuratum membrorum nexum, sed *dissipata saepe est et concisa.* Omnis enim antiquorum et Graecorum et Romanorum oratio ita fere comparata est, ut praebeat aptum singularum partium nexum, quo fit non solum ut verborum quadam circumscriptione comprehendatur sententia, verum etiam ut sententiarum vinculis quibusdam apta et suavissima concludatur totius orationis structura. Ac mirum quantam in oratione vincienda et connectenda curam et diligentiam posuerunt antiqui scriptores quantumque huic studio adjumenti attulit magna illa connectendi particularum copia, qua instructa erat Graecorum imprimis lingua. Quo in genere si Callimachi consuetudinem illis scriptoribus contuleris, magnam inter eos reperies discrepantiam. Nam semper fere apud eum brevissimae sunt verborum comprehensiones adeoque dissoluta interdum oratio, fere ut nullo vinculo connexa videatur, sed in minutissima quasi membra dissipata. Attamen concedendum est infractum illum orationis habitum in specie magis quam in ipsa re interdum positum esse, neque semper tantam habere vituperationem quantam obtrectatoribus et Ahlwardtio imprimis visum est. Nam si quis diligentius scripta Callimachi inspexerit, aptam opinor rerum sententiarumque dispositionem ubique reperiet: ac vel ubi diffluentia fere et parum inter se colligata videntur orationis quasi membra transitus interdum latet subtilis et accuratus, ut haec ipsa diligentia quanti sit in elocutione antiquorum scriptorum momenti docere possit ipse Callimachus. Sat erit eorum meminisse locorum, ubi a re proposita ad laudes Ptolemaei digreditur: ut h. Jov. 79—90 arctissime omnia cohaerent, ubi per ipsas fere

pars essent." Ejusmodi vero collectionis titulus nescio an aptissimus fuerit *μουσεῖον*, quod in Suidae catalogo Callimachi libris adnumeratur. Venit igitur in mentem pro *ἐν τῷ γραφείῳ* restitui posse *ἐν τῷ μουσείῳ*, cuius libri quod fuerit argumentum in variis vagisque etiamnunc versatur conjecturis. –

laudes dei ad regem celebrandum progreditur poëta. Sic h. Ap. 25, quum a calamitate Niobes ad regis sui laudes transgreditur, apte omnia et concinne his verbis connexa sunt: κακὸν μακάρεσσιν ἐρίζειν. Sed, ut ad rem revertar, quod dixi incise loqui Callimachum, hoc in ea re maxime positum est judicium, quod conjunctiones, quas vocant, saepius omittere solet, unde parum inter se connexa videntur membra orationis. Quae res quamquam admitti solet etiam apud antiquiores scriptores, tamen ita fere ad elocutionis rationem revocatur, ut vim quandam et effectum habeat insignem. Quodsi Callimacho vitium non denegandum est nimiae interdum conjunctionum parcimoniae, tamen cum aequalibus commune ei est hoc vitium [28]). Exempla autem si quis requirit, haec fortasse sufficiunt: Ap. 10—11; 34 πολύχρυσος γὰρ Ἀπόλλων καί τε πολυκτέανος· Πυθῶνί κε τεκμήραιο; ib. 41—45 quae addita sunt ad explicandum, cur ἀμφιλαφὴς τέχνῃ dictus sit Apollo, nulla particula primo versui conjuncta sunt; ib. 57—60 sq. Del. 132 ἠνίδ' ἐγώ· τί περισσά; κάλει μόνον Εἰλείθυιαν. Lav. 91—92. Hymni in Cer. totum initium usque ad v. 18 membra habet dissoluta, quae quomodo sint inter se referenda non satis ostendunt particulae interpositae neque satis intellexit quisquam ante O. Schneiderum (cfr Philolog. VI. p. 532 sq.) De usu formulae οὐ νέμεσις jam supra dictum est. Cer. 135 cum anaphora junctum est asyndeton. Habet totum hoc enunciationis genus festinantis et ardore quodam incitati animi vestigium, cui, ni fallor, apta et consentanea est alia quoque res. Est enim ubi interrogativam, quam vocant, enunciationem pro conditionali supposuit, qua re incise quodam modo cadunt orationis membra: ut Del. 316 sq. τίς σε ναύτης παρήλυθε; οὐκ οὕτω μεγάλοι μιν ἐπιπνείουσιν ἀῆται. Cer. 85 sq. δαίνυεν εἰλαπίνας τις; ἐν ἀλλοτρίοις Ἐρυσίχθων· ἄγετό τις νύμφαν; Ἐρυσίχθονα δίσκος ἔτυψεν.

4. Denique in elocutione Callimachi facile agnoscimus *imitationem veterum scriptorum creberrimam.* Quo in genere nihil aliud nisi partes sustinet ipsius aetatis. Namque omnium fere, qui tum floruerunt, scriptorum in eo maxime posita erant studia, ut veram antiquitatis revocarent memoriam et imaginem:

---

28) Vid. Bernhardy. hist. lit. I. pp. 422, 432.

quare ut e libris praecipue veterum operosa diligentia Graece discebant, ita in scriptis ipsorum plurima non ingeniorum proprietate sed veterum imitatione efficta fierent necesse erat. Poëtis vero Homerus imprimis perplurima suppeditabat, cui explicando et emendando maximam dabant operam, cujusque e carminibus, quasi e fonte quodam multitudini hominum maxime cognito eamque ob causam jucundissimo, totius jam antiquitatis poëtae haurire soliti erant multa, quae aut ad res aut ad sermonis quasi formam pertinerent. Apud Alexandrinos igitur poëtas multa reperiuntur aut sumpta ex eo integra aut aliquem in modum mutata et in novam quandam formam reficta. Satis erit commonere quanta in Apollonii carmine cernatur Homerica doctrina: quam nuper elegantissime explicavit Merkelius in prolegomenis ad idem carmen. Quam quidem imitationem antiquitatis artificiosam nemo est cui non sponte obveniat doctorum illorum et in grammaticis praecipue rebus eruditorum poëtarum refugium fuisse paene necessarium, quum ad ea se poëseos genera conferrent, quae pro morum et cultus et civitatum et studiorum, quae tum erant, conditionibus vix possent incrementum ullum habere. Jam ipsum Callimachum si cui credibile videtur in illo epigrammate, cujus prima verba sunt: ἐχθαίρω τὸ ποίημα τὸ κυκλικόν, id scribendi genus notare voluisse, quod in immodica quadam Homeri imitatione versaretur (cujusmodi sunt Apollonii argonautica), ne ipsum quidem ab hoc scribendi genere omnibus ex partibus abstinuisse eo intelligitur quod omnium antiquitatis scriptorum Homeri maxime vestigia eum secutum esse mox apparebit. Reperiuntur enim in ejus carminibus et vocabula Homeri propria et versiculi aut versuum partes ex Homero sumptae et formulae plane Homericae aut cum aliqua mutatione ex Homero efflctae. Neque quisquam fere est inter reliquos optimos scriptores, cujus in libris studio diligenti versatum fuisse Callimachum non ostendant verborum et locutionum usus aut locorum et dialectorum similitudo. Quibus de rebus quae sunt a me observata minime profiteri possum absoluta esse omnia et consummata: nam satis duxi eorum fere scriptorum hoc loco proferre exempla, quibus plurima debuisse videretur Callimachus, quales sunt Homerus et Hesiodus et Atticorum pauci: sed tamen

ad ipsam rem confirmandam facere potuerint. — Enumerentur igitur primum *vocabula* quae, quum non usurpata exstent nisi apud Homerum semel aut bis, ex eo Callimachus videtur in usum recepisse ejusque fere auctoritate alii recentiores. Ἀγρώσσω Ap. 59 pro ἀγρεύω Od. 5, 53. Ἁλίπλοος Del. 15. Il. 12, 26 (quamquam non sine aliqua usus discrepantia). Ἀμάρα, i. e. ὀχετός, Cer. 30. Il. 21, 259. Ἀμογητί Dian. 25, Il. 11, 637. Ἀμφήριστος Jov. 5 (de genere Jovis) Il. 23, 382, 527 (de virorum certamine). Ἀνάβλησις Ap. 45, quae dicitur ab Herod. et Atticis ἀναβολή aut μέλλημα, Il. 2, 380. 24, 655. Ἀπευθής i. e. ἄπειρος Fragm. 451 (quod restitutum videas ap. Naek. Hec. p. 156) active semel dictum est ab Hom. Od. 3, 184. Ἀπόθεστος Fragm. 302 (si vera est Porsoni emendatio δύην ἀπόθεστον ἀλάλκοι) Od. 17, 296. Cfr. quod de πολύθεστος infra dicendum est. Ἀργυροδίνης Cer. 13 de flumine, Il. 2, 753. 21, 8. — Δικασπόλος Jov. 3 pro δικαστής, Il. 1, 238. Od. 11, 186. — Ἑκηβολίη Ap. 98. Lav. 112. Il. 5, 54. Ἐπετήσιος *anniversarius* Ap. 77 (pro quo est usitatius ἐπέτειος Apollon. 4, 1217 et ἐνιαύσιος Dian. 266) semel habet Hom. Od. 7, 118, sed ibi est *perennis*. Ἐρατίζειν Il. 11, 551. 17, 660 in formula κρειῶν ἐρ. a Callimacho de amore Jovis et Junonis usurpatur Fragm. 20. Ἐρωεῖν transitive dictum Del. 133, Fragm. 249 est *inhibere, reprimere*, ut Il. 13, 57 et apud recentiores saepius. Ἐψιᾶσθαι [29]) *ludere* Dian. 3. Cer. 39. Od. 17, 530. 21, 429. — Ζηλήμων Dian. 30. Od. 5, 118. — Ἠρίον Fragm. 251 pro τάφος (Et. m. 437, 46, aut pro σῆμα, quia adjectum est verbum ἱστάναι) Il. 23, 126. — Θεώτερος Ap. 92. Dian. 249 propria comparativae formae significatione, cfr. Od. 13, 111, ubi tamen ad positivi fere vim propius accedit [30]). — Ἴθματα Cer. 59. Il. 5, 778. — Κεμάς

29) Ita scripsisse Callimachum, non ἑψιᾶσθαι, pro certo haberi potest, propter duplicem vim et etymologiam a veteribus traditam. Discunt enim ἐψίαν esse τὴν διὰ λόγων παιδιάν (quasi ἐπεσία, παρὰ τὸ ἔπος), ἑψίαν autem τὴν ὁμιλίαν (cfr. schol. Ap. Rhod. 1, 459. 3, 118. Et. Gud. 227, 14), ut sit hoc verbum aut διαλέγεσθαι aut ὁμιλεῖν. Vid. schol. Od. 17, 530. Et. M. 406, 12: quibus cfr. Steph. Par. s. v.

30) Per hanc occasionem observare licet θηλυτέρην χέρα Del. 221 positiva fere significatione usurpatum ad Homeri exemplum Od. 8, 324.

Dian. 112. 168, quod videtur mediam fere aetatem τῶν ἐλάφων significare, Hom. habet Il. 10, 361, Apollon. aliique recentiores saepius (vid. Nauck. Aristoph. Byz. p. 122 sq.). Κευθμός Jov. 34 forma rarior pro κευθμών, Il. 13, 28 [31]). Κόπρος sive τὸ κόπρον (Lobeck Phryn. p. 760) Dian. 178 pro βούσταθμον receptum est ex Od. 10, 411: Il. 18, 575. Κουρίζειν, quod semel habet Hom. Od. 22, 185, ubi de puero dictum *infantem esse* significat (cfr. Apollon. 1, 195. 3, 134), a Callim. de Diana puella positum est Dian. 5, ut sit *balbutire* (παῖς ἔτι κουρίζουσα); Jov. 54 *vagiendi* vim habet; semel ad usum Homeri accedit, Del. 324. Κρείουσα, feminina forma vocis κρείων, Dian. 268. Del. 219. Cer. 138; Hom. Il. 22, 48. — Παλιμπετές Dian. 256. Del. 294 adverbialiter ut Od. 5, 27. Il. 16, 395. Περιτροχάω Del. 28, formam exquisitiorem, habent recentiores ad exemplum Homerici ἀματροχόων Od. 15, 451. Περκάζειν, cujus compositum ὑποπερκάζειν habet Hom. Od. 7, 126, frequens apud hujus aetatis scriptores est de herbarum praecipue maturitate, Lav. 76 ad barbam juvenilem translatum est. — Τρίλλιστος Cer. ult. Il. 8, 388. — Ὑποσχεσίη Ep. 60. Il. 13, 369. Υἱωνοί Il. 2, 666. Od. 24, 515 sunt iidem qui Atticis ὑιδοῖ [32]), Jov. 41 pro ἔκγονοι universe dicuntur. — Χλούνης, quam vocem post Aristotelem praesertim varie intellexerunt et scriptores et interpretes grammatici, cui vero antiquitus adjectivam fuisse vim et usum certo probavit Nauck. Aristoph. p. 120—122, quamquam e memoria fere excessisse videtur ea vis, ad proprium et antiquum usum retulit Callim. Dian. 150, ubi χλούνης κάπρος dicitur, ut Il. 9, 539 χλούνης σῦς.

Deinde *hemistichia* nonnulla Homeri sua fecit Callimachus. Quo ex numero quae duo incerta sunt relinquenda primum afferam: Fragm. 289 ξύλα δανὰ κεάσσαι (Od. 15, 322) non esse Calli-

---

Il. 8, 520. Similiter habent apud eum haec adjectiva comparativi exitum, positivi omnino vim et usum: ὀρέστερος Od. 10, 212. Il. 22, 93, et ἀγρότερος Il. 2, 852. 21, 471, 486. Od. 6, 133: quorum aliquam similitudinem habent δεξιτερός et ἀριστερός.

31) Offendit Aristonicum, qui diplen ibi posuit. Cfr. Lycoph. 317. Epist. Tittm. p. 42. Et. Gud. 317, 38.

32) De hac voce vid. Krüg. ad Xenoph. An. V. 6, 37.

machi suspicati sunt Kuster. ad Suid. et Ruhnk. ep. Tittm. p. 103; sed adhuc credendum est Suidae et Zonarae, Callimacho haec verba tribuentibus. Contra fragm. 316 ὁ δ' οὐκ ὄθετ' αἴσυλα ῥέζων (Il. 5, 403) jure, ut videtur, e silentio grammatici judicavit Naekius (Hec p. 173) non recte a Bentleio inter Callimachea referri. Minime autem dubia Homeri imitationis exempla haec sese obtulerunt: Cer. 115 αἰτίζων ἀκόλως (Od. 17, 222). Lav. 121 ἀοίδιμον ἐσσομένοισιν (Il. 6, 358). Ap. 18 ὅτε κλείουσιν ἀοιδοί (Od. 1, 338). Dian. 73 μετ' ἀγκαλίδεσσι φέρουσα (Il. 18, 555 ἐν ἀγκ. φέροντες).

Tum *formulas* ex Homeri sermone aperte sumptas has agnoscere licuit: Del. 164 εἴ νύ τις ἄλλη. Ib. 215 σὺ δ' οὐκ ἄρ' ἔμελλες. Dian. 63 ἄντην ἰδέειν, et 64 sicut epigr. 22 οὐ νέμεσις (neque mirum est), cfr. Il. 3, 156. Jov. 57 παιδνὸς ἐών. Ib. 5 ἐν δοιῇ (εἶναι). Ib. 82 ἄκρης ἐν πολίεσσιν pro ἀκροπόλεσιν, habet Hom. plus semel, ut Il. 6, 88. 297. 22, 172. Cer. 70 δαῖτα πένεσθαι, Del. 320 πάλιν αὖτις utrumque saepissime apud Hom. reperitur. Ib. 300 περί τ' ἀμφί τε Il. 17, 760.

Postremum ejusmodi latissime patet Homeri imitatio, qua aut *certos locos mutando uno vel altero vocabulo expressit*, aut *numerorum vel ipsius vocabulorum soni imitatione auribus fere obtulit versuum Homericorum imaginem.* Qua quidem in re quum exquisitam posuerint poëtae Alexandrini artem, insignem ipsorum in studiis Homericis elegantiam ex eo intelligere licet quod innumeri fere Homeri loci eorum carminibus ita sunt expressi et explicati [33]). Atque haec ipsa res, dum perierunt Callimachi quotquot fuerunt libri grammatici, unum exstat documentum fuisse eundem elegantem et poëtam et grammaticum. Certe ea, quae ad Homeri imitationem ita expressit, non tam insulsum imitatorem quam artificiosum interpretem ostendunt. Neque enim supra modum crebra sunt quae ita quasi παρῳδημένα leguntur apud Callimachum, neque unius generis omnia et ad fastidium similia; verum ut erat Callimachus ex paucis, qui illis temporibus proprio quodam in poësi versabantur consilio et arbitrio, ita quae

---

33) Cfr. quem nuper laudavimus Merkel. in prolegg. ad Apoll. Rh. p. XXXVIII sq.

ab antiquis mutuabatur magna cum arte ad sua consilia apta fecit et quasi colorum varietate distinxit, vix ut subrepta videantur, sed antiquitatis revocent memoriam. Quam ut uno in conspectu adumbremus artem, singula genera exponenda sunt.

A. Primum igitur si ea spectamus, quae sunt mutatione quadam verborum ad Homeri imitationem efficta, maximum invenimus numerum earum, quas certis quibusdam verbis Homerus astrinxit formulas, Callimachus vero voce una vel altera mutata, re non mutata, reflexit et quasi vinculis solutis finibus extulit. Ut h. Ap. 6. αὐτοὶ νῦν κατοχῆες ἀνακλίνεσθε πυλάων (cfr. Od. 21, 47 θυρέων ἀνέκοπτεν ὀχῆας), ubi ἀνακλίνεσθαι dicuntur κατοχῆες, quod de foribus fere dicunt. Del. 107 πήχεις ὀρέγειν ex eo, quod est χεῖρας ὀρέγειν sive ὀρεγνύναι Od. 9, 527. Il. 15, 371. Jov. 69 τέρατα, ἅτ' -- ἐνδέξια φαίνοις cfr Il. 9, 236 ἐνδέξια σήματα φαίνων. Dian. 149 ἄλληκτον γελόωσι imitationem habet formulae ἄσβεστος ἐνῶρτο γέλως. Ipsum vero ἄλληκτον Homerus, quoties verbo subjecit, huic formulae astrinxit ἄλλ. πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι, Apollonius autem in variis dicendi formulis admisit, ut 1, 1148 ἄλλ. ἀναβραχεῖν; 2, 940 ἄλλ. θεῖν; 3, 74 ἄλλ. περικλέσθαι; 3, 805 ἄλλ. δακρύειν. Del. 48 νήσοιο μαστόν de ubertate terrae, ut Il. 9, 141 οὖθαρ ἀρούρης et Virg. Aen. 7, 262 *uber arvi, glebae:* sic Archestr. apud Athen. 3, p. 111 ἐν Λέσβου περικύμονι μαστῷ. Del. 172 sq. μάχαιραν βαρβαρικὴν καὶ Κελτὸν ἀναστήσαντες Ἄρηα videtur e duabus Homeri locutionibus complexum, quarum una est ἔγχος ἀεῖραι Il. 8, 424, altera ἐγεῖραι Ἄρηα, ut dicitur apud alios scriptores ἀνατείνειν de armis. Praeterea est ἀνιστάναι (ἀνίστασθαι) πόλεμον ἐπί (πρός) τινα *bellum movere* apud Plut. Coriol. 21, Diod. XI, 40. Del. 258 αἰθὴρ χάλκεος idem est quod apud Hom. οὐρανὸς πολύχαλκος Il. 5, 504. Od. 3, 2 et οὐρ. χάλκεος Il. 17, 425: ex quo loco, cum Il. 2, 458 et 4, 166 comparato, apparet jam Homero αἰθέρα et οὐρανόν nunc similem nunc dissimilem inter se habuisse significationem. Lav. 83 ἐκόλλασαν γὰρ ἀνῖαι γώνατα, cfr. Il. 22, 453 νέρθε δὲ γοῦνα πήγνυται [34]). Lav. 95 βαρὺ

34) Ceterum vix credibile mihi videtur, quod putat Doederl. (gloss. Hom. § 38), Callimachum ita intellexisse Homericam illam formulam, ut

κλαίουσα factum est ex eo, quod saepe habet Hom., βαρὺ στενάχειν. Ib. 96 καί μιν Ἀθαναία πρὸς τόδ᾽ ἔλεξεν ἔπος cfr. Homericum illud καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν. Cer. 9 μεταστείχειν ἴχνια imitatur id, quod saepe habet Homerus, μετ᾽ ἴχνια βαίνειν (cfr. praeterea Eur. Hec. 509. Suppl. 90. Sic epigr. 1, 11 ἔρχεο μετ᾽ ἴχνια; Del. 19 μετ᾽ ἴχνια ὀπηδεῖ). Cer. 81 Ἐρυσίχθονα δ᾽ ἤλασε κάπρος Πίνδου ἀν᾽ εὐάγκειαν, cfr. Od. 19, 465 et 21, 219 ὥς μιν ἔλασεν σῦς — Παρνησόνδ᾽ ἐλθόντα. Cer. 51 τὰν δ᾽ ἄρ᾽ ὑποβλέψας, cfr. illud τὸν δ᾽ ἄρ᾽ ὑπόδρα ἰδών. Fragm. 43 αἴθ᾽ ὄφελες θανέειν, ἢ ὕστατον ὀρχήσασθαι, cfr. Od. 5, 308, ubi θανέειν, ut fieri solet, per πότμον ἐπισπεῖν repetitum est. Huc referri possunt epitheta nonnulla, quae dicuntur, perpetua imitatione Homeri novata: ut Ap. 69 πάντη δέ τοι οὔνομα πουλύ pro eo, quod deorum fere epitheton est, πολυώνυμος, quodque spectat Dian. 7 substantivum πολυωνυμίη. Dian. 10 εὐκαμπής dicitur arcus, quem Hom. παλίντονον, καμπύλον vocat. Ap. 36 θήλειαι vocantur Φοίβου παρειαί, fere ut est apud Hom. ἁπαλαί. Dian. 143 Ἑρμείης vocatur ἀκακήσιος, ut est apud Hom. Mercurii epitheton ἀκάκητα[35]. — Deinde levi quadam mutatione refictas ad Homeri similitudinem formulas ad alias res transtulit. Sic ex illo δῖα γυναικῶν (θεάων, et similibus) haec facta sunt: δειλὸς βασιλέων Dian. 255, πρηεῖα γυναικῶν Fragm. 131, λευκότατος ποταμῶν Jov. 19, μέγα κρείουσα θεάων Cer. ult. (cui conferendum κρείουσα γυναικῶν Il. 22, 48): et hujusmodi imitationem latissime

---

πηγνύναι appellaverit *humo figere* (quod de pedibus solum dici possit, de genibus aut de membris universe non possit), quum antea stantem fecerit Tiresiam (ἐστάθη δ᾽ ἄφθογγος). Potius crediderim Homeri verbum ita exprimere voluisse Callimachum, ut sit simpliciter: membra (in artubus) figere ita, ut moveri non possint, i. e. *immobilia reddere membra;* et Callimachum fortasse illustrare poterit κολλομελεῖν Aristoph. Thesm. 54, ex adnotatione Sturzii ad Et. M. pag. 526, 19.

35) Inest fortasse significatio aliqua Arcadiae urbis Ἀκακησίου, ubi celebratus est (v. Strab. 7, p. 299. Paus. 8. 36, 6). Ceterum vel ex hac nominis declinatione suspicari licet, certe Callimachum, vocem illam Homericam non ex ἀκεῖσθαι duxisse, id quod conatus est Doederl. gloss. § 199: repugnare enim videtur omnino servata in nomine Callimacheo litera η, quam et a verbo ἀκεῖσθαι et ab adjectivo inde petito, quod est ἀκέσιος (Pausan.), plane alienam esse non debebat oblivisci vir eximius.

patere apud alios quoque scriptores et tragicos imprimis exemplis ostendit Blomf. ad Dian. 255. Ἀπειθέα τινὶ τεύχειν Dian. 66 exquisitum illud quidem pro ἀπειθεῖν τινι, ἀπειθῶς πρός τινα ἔχειν, sed ad imitationem, ut videtur, eorum, quae sunt apud Hom., ἄλγεα τεύχειν, ἀνοχετὰ ἔργα τινὶ τεύχειν. Del. 25 πίπτειν ὑπὸ ῥιπῆς Βορέαο, de muris impetu ventis concidentibus, ex eo petitum est, quod de nive cadente dicitur Il. 15, 171. 19, 358 ἐκ νεφέων πτῆται νιφὰς (νιφάδες ἐκποτέονται) ὑπὸ ῥιπῆς Βορέαο. Dian. 27 πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας cfr. Od. 2, 151 τιναξάσθην πτερὰ πολλά, et similem usum adjectivi πολύς Dian. 138. — Denique loci reperiuntur non pauci, quibus sententiarum potius subest recordatio quam verborum inest imitatio. Cujusmodi est Dian. 52 comparatio cyclopum cum jugis Ossae: αἰνὰ πέλωρα, πρηόσιν Ὀσσείοισιν ἐοικότα, cfr. Od. 9, 191 ἐῴκει . . . ῥίῳ ὑλήεντι ὑψηλῶν ὀρέων. Tum quae deinceps de eorum oculis dicuntur, σάκει ἶσα τετραβοείῳ, recordationem quandam habent loci suspecti Od. 5, 281 εἴσατο δ' ὡς ὅτε ῥινὸν ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ. Dian. 151 ὅτε (Ἀλκείδης) . . . χλούνην κάπρον ὀπισθιδίοιο φέροι ποδὸς ἀσπαίροντα, cfr. Od. 19, 228 ἐν προτέροισι πόδεσσι κύων ἔχε ποικίλον ἐλλόν, ἀσπαίροντα λάων. Ib. 133 sq. οὐδὲ διχοστασίη τρώει γένος, ἥτε καὶ εὖ περ οἴκους ἑστηῶτας ἐσίνατο, cfr. Od. 21, 293 οἶνός σε τρώει μελιηδής, ὅς τε καὶ ἄλλους βλάπτει 36). Ib. 221 οὐδὲ μὲν Ὑλαῖόν τε καὶ ἄφρονα Ῥοῖτον ἔολπα, οὐδέ περ ἐχθαίροντας, . . . μωμήσεσθαι τοξότιν, cfr. Il. 17, 398 οὐδέ κ' Ἄρης λαοσσόος οὐδέ κ' Ἀθήνη τόν γε ἰδοῦσ' ὀνόσαιτ', οὐδ' εἰ μάλα μιν χόλος ἵκοι. Del. 47 μέσφ' ἐς Ἀθηναίων προσενήξαο Σούνιον ἄκρον, cfr. Od. 3, 278 ἀλλ' ὅτε Σούνιον ἱρὸν ἀφικόμεθ', ἄκρον Ἀθηνέων. Ib. 106 σοὶ ἀνηλεὲς ἦτορ ἔκειτο, οὐδὲ κατεκλάσθης, cfr. Od. 9, 256 et 4, 481 ἡμῖν (ἐμοὶ) κατεκλάσθη φίλον ἦτορ. Lav. 104 μοιρᾶν ὧδ' ἐπένευσε λίνα, ἀνίκα τὸ πρῶτόν νιν ἐγείναο 37), cfr. Il. 24, 209 τῷ δ' ὥς ποθι μοῖρα κραταιὴ γιγνομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκον αὐτή. Praeterea verbis ἀνίκα τὸ πρῶτόν νιν ἐγείναο cfr. Od. 8, 553 ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται (Il. 6, 489). Lav. 129 καὶ μόνος, εὖτε θάνῃ, πεπνυμένος ἐν νεκύεσσι φοιτασεῖ, cfr. Od. 10, 494 τῷ καὶ τεθνηῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια, οἴῳ πεπνῦσθαι.

---

36) Observanda praeterea est forma exquisitior ἐσίνατο, cujus Herodot. (8, 31) primus auctor est, quamque praeter Callim. deinde habet Nicand.

37) Minus usitate dicitur plur. λίνα pro λίνον, cfr. Theocr. 1, 137.

B. Deinde quod diximus in Homero imitando ita versatum esse Callimachum, non solum ut rerum aut verborum servaverit colorem, sed etiam ut soni potissimum aut numeri versuum Homericorum effinxerit aliquam auribus magis quam mente percipiendam imaginem, id putamus his paucis exemplis probari posse; in quibus hoc quoque observandum est, quod Homeri verba ubi servata sunt eandem versus sedem nonnunquam obtinere solent. Dian. 75 *στιβαροῖσιν ἐφεσσαμένου γονάτεσσι*, cfr Od. 16, 443 *γούνασιν οἷσιν ἐφεσσάμενος*. Ib. 242 *ὑπήεισαν δὲ λιγεῖαι λεπταλέον σύριγγες, ἵνα πλήσσωσιν ὁμαρτῇ* quasi extrema quaedam lineamenta exhibent eorum, quae sunt Il. 18, 570 *λίνον ὑπὸ καλὸν ἄειδεν λεπταλέῃ φωνῇ, τοὶ δὲ ῥήσσοντες ἁμαρτῇ* cet. Ib. 90 *δύο μὲν κύνας ἥμισυ πηγούς*, cfr. Od. 5, 388 *δύο τ᾽ ἤματα κύματι πηγῷ*, quo loco sonorum inversa fere ratio videtur. Del. 64 *θοῦρος Ἄρης ἐφύλασσε* (*ἐκάλυψε* Il. 5, 507). Ib. 167 *ἀέκουσα Μακηδόνι κοιρανέεσθαι* (*Ἄρηα μάχην ἄνα κοιρανέοντα* Il. 5, 824). Ib. 245 [*εἵνεκα τῆσδε*] *ἀμπλακίης, οὐδ᾽ ἔστιν ὅπως ἀποθύμια ῥέξω* omnino habent modum et numerum ejus loci, cui similis est exitus, Il. 14, 261 *ἄζετο γὰρ μὴ νυκτὶ θοῇ ἀποθ. ἔρδοι*. Lav. 7 *οὐδ᾽ ὄκα δὴ λύθρῳ πεπαλαγμένα πάντα φέροισα* eodem fere modo huic loco conferri potest, Il. 6, 268 *αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον εὐχετάασθαι*. Cer. 68 *μεγάλᾳ δ᾽ ἐστρεύγετο νούσῳ* (*στρεύγεσθαι ἐὼν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ* Od. 12, 351). Ap. 59 *Ἄρτεμις ἀγρώσσουσα καρήατα συνεχὲς αἰγῶν* (*δύο τ᾽ ἤματα συνεχὲς αἰεί* Od. 9, 74). Epigr. 48, 9 *οὐδ᾽ ὅσον ἀττάραγον* (Il. 22, 328 *οὐδ᾽ ἄρ᾽ ἀπ᾽ ἀσφάραγον*). Fragm. 87 *βυθὸς ἄσπετος ἅλμης* (Il. 16, 157 *ἄσπετος ἀλκή*). Fr. 303 *οἷος ἐκεῖνος ἀεὶ περιδέξιος ἥρως*[38]) (Il. 21, 163 *ἥρως Ἀστεροπαῖος, ἐπεὶ περιδέξιος ἦεν*). Fr. 313 *πέδιλα, τὰ μὴ πύσε νήχυτος εὐρώς* (Od. 4, 793. 12, 311 *ἐπήλυθε νήδυμος ὕπνος*).

In *Hesiodo* etiam aliquid studii posuisse Callimachum haec fere vocabula et formae ostendunt, quae illius videntur propria fuisse: *δίζεσθαι* Epigr. 11, 3. 17, 2. Hes. op. 601; *δίνειν* Fr. 51. Hes. Op. 596; *ἐθελημός* Dian. 31. Ap. Rh. 2, 656. Hes. Op. 118; *ἐπαϋτεῖν* Ap. 101. Dian. 58 (in tmesi) aliisque recentioribus valde usitatum, Hes. scut. 309; *ἑστηώς* plur. *ἑστηῶτες*

38) Vid. Naek. Hec. p. 95. Tamen in mentem venit, ne *σοφόν* quidem interpretamentum esse Suidae, sed versum integrum Callimacho restitui posse hunc: *καὶ σοφός, οἷος ἐκεῖνος ἀεὶ περιδέξιος ἥρως*.

Dian. 134, deinde ab Ap. Rh. frequentatum pro forma Homeri ἑσταότες, Hes. th. 519; ἠῷος Ep. 21, 1. Hes. Op. 546, scut. 396, et apud Herodotum quidem legitur 7, 157, sed alibi apud eundem est ἠοῖος; θηητός (*admirabilis*) Dian. 141. Hes. th. 31; καλιή *nidus* Dian. 96, *casa* Fr. 131, vid. Naek. Hec. pag. 280 sq.; πλειών Jov. 89 dicitur *annus* ex Hes. op. 615; μάψαυραι Fr. 67 ex Hes. th. 872 scriptum fuisse credimus Bentl. πρηών, forma plenior pro πρών, legitur Dian. 52, 196, praeeunte Hes. scut. 435; τημοῦτος Dian. 175. Nic. ther. 926. Hes. op. 576. Hic praeterea observanda est forma recentiorum inde novata τημόσδε[39]) Jov. 21. Maximus περὶ ἀπαρχῶν (v. 4, ap. Fabr. B. Gr. vol. VIII, p. 415; v. 27, p. 416; v. 115, 478): Ap. Rh. 2, 957 in conjecturis versatur. Utraque forma rarissima est pro τῆμος, sed servata differentia, quae est inter οὗτος et ὅδε. Φημίζειν Fragm. 276, quamquam *appellandi* vim habet (ut καλεῖν, ὀνομάζειν), Hes. autem op. 766 φήμην φημίζειν est *famam divulgare*. Hesiodo simul et Homero debere Callimachus videtur vocabulum παλινάγρετος Lav. 103. Hes. sc. 93. Il. 1, 526; similiter χεῖμα pro χειμών Ap. 82. Cer. 122.

Tum Atticorum scriptorum, Aeschyli praesertim et Euripidis, e sermone suspicamur nonnulla accepisse Callimachum, siquidem apud eum deprehendimus non pauca, quorum illi videntur soli ex antiquitate fuisse auctores. Et ex *Aeschylo* quidem haec videntur sumpta: Ἀγεσίλαος, nomen Plutonis, Lav. 130. Aesch. fragm. 354 Ahr. Nicand. fr. 2. v. 72 Lehrs. Reliquos attulit Blomf. Ἄκμων adjective pro ἀκμής Dian. 146, ut Aesch. Pers. 51. Ἄνη pro ἄνυσις Jov. 90. Ae. sept. 695 (Weil.) Ἄοζος Fragm. 353. Ae. Ag. 223. Ἁρμοῖ Fragm. 44. 230. Ae. Prom. 618[40]). Δηναιός Homerica quidem vox est (Il. 5, 407), sed Jov. 60, ut Ae. Prom. 796. 914, de iis usurpatur, qui olim fuerunt. Ἐστάθη δ' ἄφθογγος Lav. 83 simile est Ae. Pers. 202 φόβῳ δ' ἄφθογγος ἐστάθην. Εὔτυκος *paratus* Lav. 3. Ae. Suppl. 952.

---

39) Plane alienum est ἐς τῆμος δέ Od. 7, 318.

40) Vid. Naek. Hec. p. 92; nisi forte e Syracusano sermone sumpsit uterque; cfr. Et. m. pag. 144, 47.

972. *Πινύσκειν* Dian. 152. Pers. 816. *Σίνις* Ap. 91 pro *φονεύς*. Ag. 700. *Σπαρνόν* Dian. 19 pro *σπάνιον*. Ag. 542. *Τευχηστής* Jov. 77. Sept. 626 (Apollon. 3, 415). Aeschyli nobis memoriam afferunt hi quoque loci propter imitationis vestigia: Del. 139 *φόβῳ ὠρχήσατο πᾶσα Θεσσαλίη* (cfr. Coeph. 165 *ὀρχεῖται καρδία φόβῳ*, vid. Klaus. 156). Lav. 14. *ὑπαξόνιος σύριγξ* (cfr. Suppl. 178 *σύριγγες ἀξονήλατοι*). Cer. 87 *πανάμερος εἰλαπιναστάς* (Prom. 1026 *δαιταλεὺς πανήμερος*). Fragm. 219 *τεθναίην ὅτ' ἐκεῖνον ἀποπνεύσαντα πυθοίμην* (Coeph. 482 *ἔπειτ' ἐγὼ νοσφίσας ὀλοίμαν*). — Ex *Euripide* vero quod diximus locupletari Callimachum, id his potissimum locis probari poterit: *Ἁβατάς* Lav. 109 dorice formatum ex *ἡβητής* Heracl. 858 [41]. *Ἄβροχος* Jov. 19 de siccitate terrae pro *ἄνυδρος*, Hel. 1484. *Ἀηδονίς* Lav. 94 pro *ἀηδών* Rhes. 550. *Ἀοιδός*, superl. *ἀοιδότατος*, Del. 252 adjective dicitur, Hel. 1109. Theocr. 12, 7. *Δέχεσθαι οὔασι* Dian. 63 est *ἀκούειν*, quo in usu frequens est Eurip. *Ἔκβολος* adject. Cer. 115 Eur. habet saepissime. *Ἐλαφρίζειν* Del. 115 intransitive, ut Eur. fragm. Meleagri 14 *ἐλαφρίζον γόνυ*. *Ἐνδυτόν* Ap. 31 substantive pro *ἐσθής*, cfr. Bacch. 746. Ion. 1414. *Εὐαγέω* Del. 98 ab adject. *εὐαγής*, Bacch. 1009. *Καθῆσθαι* Del. 198 de situ locorum, ut Fragm. Cresph. 8. *Κεκροπία* Dian. 227 vocatur Athenarum urbs, cfr. Suppl. 658. El. 1289. *Ὀπτήρια* *dona primi aspectus* Dian. 74: vox est in hac quidem re propria, sed tamen rarior, et apud Eur. Ion. 1127 fortasse primum reperitur (Nonn. D. V, 147). *Τρομερός* Epigr. 69, 3 saepissime ap. Eurip. *Ὕπαρνος* Ap. 53, Eur. Andr. 557. *Ὠκύθοος* Dian. 165. Imitationem Euripidis praebet locus, quem indicavit Spanh., Cer. 35 *πάντας δ' ἀνδρογίγαντας, ὅλαν πόλιν ἀρκίος ἆραι*, cfr. Phoen. 1131 *γίγας ἐπ' ὤμοις γηγενὴς ὅλην πόλιν φέρων, μοχλοῖσιν ἐξανασπάσας βάθρων*. — *Aeschylea* simul et *Euripidea* haec reperii: *Εὔτεκνος* Epigr. 21, 6. *Πτοιεῖσθαι* de amore Dian. 191. Aesch. Prom. 858. Eur. I. A. 587. — Denique adjiciamus pauca, quorum propter usum singularem suspicio facile subrepit unde petita a Callimacho sint. Ut *κάμινος* Dian. 60. Fr. 129,

41) Nam fragm. Dan. 8, 5 vitiosum omnino est: cfr. Philol. V, 188. VI, 390. Wagn. fr. pag. 692.

quam χόανον vocant Hom. et Hes., Herodoti imprimis et Aeschyli auctoritate nititur (Nic. th. 707. 924. al. 51). Ἐμπίραμος pro ἔμπειρος Jov. 71 et adverb. ἐμπεράμως Lav. 25, Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ Hesych. Sophocleum item est ἐνδόμυχος Cer. 88. Philoct. 1457; μυνδός (Comp. μυνδότερος) Fr 260, Soph. fr. 914 D. et ἀδηφαγία Dian. 160, cujus adject. ἀδηφάγος Phil. 313. Καινίζειν Fragm. 119 tragicorum fere proprium videtur. Κρόνειος (νόμος) i. e. ἀρχαῖος, Lav. 100, Aristophanis praecipue est (Nub. 398. Plut. 581). Ad Aristophanis potissimum sermonem haec quoque pertinent: particula ναί cum accusativo, omisso μά (ναὶ τὸν Πᾶνα epigr. 45; ναὶ τοῦτο τὸ δένδρεον cfr. 49; cfr. Ar. Pac. 214 ναὶ τὼ σιώ. Vesp. 1438 ναὶ τὰν κόραν. Eur. Bach. 435), et pronom. interrogativum cum articulo (Δῶον τῇ τίνι; τῇ δεκάτῃ epigr. 47).

Haec ad id potissimum protulimus, ut conspicuum sit non solum quorum scriptorum maxime frequens fuerit imitator Callimachus, sed etiam sumpsisse eum libenter ex illorum libris reconditiora quaeque non fuerint usu communi pervulgata, sed aut antiquitate exquisita aut unius cujusdam scriptoris propria. Jam vero ad illam antiquitatis et reconditarum rerum delectationem probandam id quoque pertinet quod locorum nomina aut minus cognita aut vetustate obscurata nonnumquam apud Callimachum reperiuntur. Ut Ἰαπίς, Μελαιναί, Ἄλυκον, Θεναί, Στροφίη et nomina et loca non valde aliorum commemoratione cognita sunt. Non infrequentes autem inveni priscas locorum appellationes pro iis, quae usu magis tritae sunt. Ut Κούλουριν appellavit Salamina[42]; Γλαυκώπιον arcem Athenarum[43]; Μοψοπίαν Atticam Fr. 351; Ὀρτυγίη appellatur Delos Ap. 58; Ἀσβυστὶς γαίη Libya Ap. 75; Μελιγουνίς est Λιπάρη Dian. 48; Σικανοί vocantur Σικελοί Dian. 57 (ubi observandus praeterea est mutatus modus literae ι, quae apud Hom. Od. 24, 307 producta, a Callimacho corripitur); Μάκρις Euboea Del. 20; Ἐφύρη Corinthus Del. 42. Fr. 103;

42) Schol. ad Euseb. praep. ev. apud Naek. Hec. p. 190.

43) Fragm. apud Matth. schol. Flor. ad Eurip. Hipp. 32, de quo plenissime egit Naek. ibid. p. 195.

Παρθενίη Samus Del. 49; *Αἰγιαλός* Boeotia ib. 75; *Κερχνίς* adject. pro *Κεγχρίς* (intell. *γῆ*) antiquior forma est Del. 271; *Ἀπιδανῆες* vetus Arcadum nomen, Jov. 14; habent etiam Ap. Rhod. et Dion. Per.

Postquam speciem quandam et formam orationis Callimachi adumbravimus ac breviter significavimus quibuscum inter antiquos plurima habeat communia quaeque in eorum studio primaria fere secutus videatur consilia, id quoque agendum est, ut ostendamus quemadmodum ab antiquis recesserit ejus elocutio. Nam etiamsi Callimachus habet orationem optimorum scriptorum imitatione satis elegantem, tamen ut poëta Alexandrinus et in verbis et in significationibus ac structuris nonnihil ab eorum consuetudine abhorret. Ac totam, quae sequitur, disputationem ad id revocabimus, primum ut ea exponamus verba, quae videntur aut Callimacho cum aequalibus communia aut ab ipso solo usurpata: tum ea, quibus nova subjecta est vis et structura: deinde quae ad dialectorum usum et artem grammaticam pertinent.

II.

Primum igitur si ea spectamus verba, quae apud nullos nisi hujus aetatis scriptores reperiuntur, non vana, ut opinor, ea est observatio, perlate patere eorum genus, quae compositione sunt formata: quare dinumeremus age e tota multitudine quae hoc modo facta sunt. Neque scio an hujus generis maxima sit excusatio, quod Callimachus, quum ab antiquo usu recesserit, tum ita locupletiorem fecit linguam Graecam, ut verba non magis novaverit quam, naturam linguae Graecae sequens, ad similitudinem et analogiam, ut ajunt, antiquitatis refinxerit. Quae quidem res, si igitur apud Callimachum non multum habeat reprehensionis, quippe qui finem et modum numquam transiverit, quantum apud posteriores usque ad insulsitatem habuerit incrementum docet Bernhardy, hist. lit. I. p. 431. Verum duplex fere in hoc ipso genere ratio est: primum enim verba nonnulla composita habet, quamquam veterum auctoritate sufficiunt simplicia simili fere vi et usu; deinde in verbis compositione novandis nonnihil in eo genere

versatur, quo per *μετάφρασιν* quandam pro altero vocabulo in compositione aliqua usitato aliud similis aut contrariae significationis exquisitius substituitur. Utrumque igitur considerabimus.

1. Et verba quidem *composita pro simplicibus* usurpata haec observavi *Προσπηχύνεσθαι* Jov. 46, i. e. *εἰς πήχεις λαμβάνειν*, pro simplici *πηχύνεσθαι*[44]), vel pro eo, quod est Il. 17, 722 *ἀγκάζεσθαι* (cfr. 18, 555 *ἐν ἀγκαλίδεσσι φέρειν*, Od. 7, 252 *ἀγκὰς ἑλεῖν*). *Κατοχεύς* Ap. 6 pro *ὀχεύς*. *Κατακροταλίζειν* Dian. 247 de saltatione, sed intransitive dictum, quamquam transitivum est simplex *κροταλίζειν*, ab Homero praecipue usitatum et de strepitu currus positum. *Περιορχεῖσθαι* Dian. 240. *Διαστεργαίνειν* ib. 244. *Εἰσέτι* pro *ἔτι* Dian. 77 (de Del. 189 infra agendum est). *Ἔμπλην* pro *πλήν* Del. 73. *Βαρύγουνος* Del. 78 (Coluth. Nonn.) pro *βαρύς* aut *βραδύς*. *Ἐπιβριμᾶσθαί τινι* Del. 56 (olim legebatur *ἐπιβρωμᾶσθαι*) vix apud alium reperitur, praeterquam quod *βριμᾶσθαι* habent Attici nonnulli pro *χαλεπαίνειν*. *Ἀπαυγάσασθαι* Del. 125. 181 videndi sensu, sicut *αὐγάσασθαι* Dian. 129. Cer. 4. Il. 23, 458. Huc referri potest *ἀμφιπεριστείνεσθαι* *impleri* Del. 179: sic *περιστείνεσθαι* Il. 16, 163; *στείνεσθαι* Od. 9, 219. Il. 21, 220. Pro *ἀναλύεσθαι ζώνην, μίτρην* (Del. 222. 237) usitatius est *λύεσθαι*. *Ἀποπέξασθαι χαίταν* Lav. 32 in tmesi pro *πέξασθαι*[45]). *Ἀνέθυε ὕδωρ* Cer. 30, ut solet Hom. *θύειν* dicere de impetu fluviorum et ventorum. *Ἀλεμάτως* Cer. 90. Hanc vocem esse compositam auctorem habeo schol. Opp. hal. IV. 590: *ἠλέματα ἀπὸ δύο λέξεων ὁμοδυνάμων σύγκειται, τοῦ ἠλεὸν καὶ τοῦ μάταιον.* In dubio est Et. M. p. 425, 41.

2. Deinde ad illud verborum novandi genus, quo *mutatur altera pars* compositionis alicujus[46]), haec fere pertinent.

---

44) Cfr. schol. Oppian. hal. IV. 286.

45) Tamen observandum est quod aptissime proposuit O. Schneider. (Philol. VI. pag. 506) *ὑπὸ χαίταν πέξηται.*

46) Rarior est aliquanto utriusque partis *μετάφρασις*, ut *γηλεχέες* Del. 286 vocantur novato nomine Selli ad similitudinem ejus nominis quod iisdem tribuit Hom. Il. 16, 235, *χαμαιεῦναι*. Cfr. Soph. Trach. 1146

Ἀλιπλήξ Del. 11 (et Anthol.) epitheton Deli, ut Soph. OC. 1236 (Wund.) κυματοπλὴξ ἀκτά. Idem fere est ἀλίξαντος Del. 41 e conjectura Ruhnkenii, cujus alios auctores vid. ap. Blomf. Ἀριτήκοος Del. 308 Homero fere est ἀρίγνωτος, ἀγάκλυτος. — Βουσσόος Fr. 46 de oestro pro βοηλάτης, cfr. Aesch. Suppl. 303. — Γηροκομεῖν Epigr. 53, pro quo veteres habent γηροβοσκεῖν. — Εἰσαΐειν Jov. 54 (Theocr., Apoll., Nic., Opp.) pro εἰσακούειν. Ἐλλοφόνος Dian. 190 idem est atque ἐλαφηβόλος, νεβροφόνος. Ἐπιδαίσιος Jov. 59 (Callimachi proprium, ut videtur) est *attributus* (extra sortem), fere ut ἐπίνομος Pind. P. XI, 13. Εὐάγκεια Cer. 82, fere ut Homeri μισγάγκεια significat τόπον κοῖλον. Vid. Etymol. Εὐαγορία Lav. 139 est εὐλογία, εὐφημία. Εὐηπελία Cer. 135 factum est ad exemplum ejus, quod est contrarium ὀλιγηπελία [47]. Εὐίστιος Del. 325 est εὐναιετάων, εὐναιόμενος. Εὐμειδής Dian. 129 (Ap. Rh. 4, 715) ad similitudinem cognominis Veneris, quod est φιλομειδής, formatum. Εὔμοιρος *beatus* Del. 295 pro εὐτυχής. Εὐρυάνασσα Cer. 121 formatum ad similitudinem eorum, quae sunt Homero εὐρυκρείων, εὐρυμέδων. — Θαλασσοπορεῖν Epigr. 61, 4 pro ποντοπορεῖν. — Καταβλέπειν τινά Del. 303 (Plut., Arat.) pro eo quod est usitatius καθορᾶν. Κατουδαῖος Del. 142 pro καταχθόνιος. Κινώπετον Jov. 25, pro eo quod frequens est apud veteres κνώδαλον, recentiorum proprium est [48]. — Μοννόγληνος Dian. 53 (aliique recentiores) pro μονώψ. — Ὁμόθηρος Dian. 210 a Callim. fortasse solo dictum pro σύνθηρος (Xen. Cyr.) — Παναπηρής Cer. 125 novitatis simul et antiquitatis studii praebet exemplum: nam

---

(Wund.) χαμαικοιτῶν Σελλῶν. — Sic διειδομένη νῆσος passive, ut Homeri εὐδείελος, Del. 191. Cfr. Ap. Rh. 1, 546. Εὐχαίτης Ep. 55, 3. 71, 6 pro καλλιπλόκαμος.

47) Εὐηπελίᾳ restituit Bentl. ex auctoritate Etym. m. p. 390, 40 pro eo quod nunc legitur εὐημερίᾳ. Cfr. Doederl. gloss. § 271 et 347.

48) Nam veterum grammaticorum quae fuit magna de ratione horum verborum opinio, ei vix est quod repugnes: qui quidem κινώπετον sive κνώπετον παρὰ τὸ ἐν πέδῳ, κνώδαλον παρὰ τὸ ἐν τῇ ἁλὶ κινεῖσθαι repetenda tradunt. Cfr. schol. Nic. ther. 27, 98. Et. G. p. 331, 4. Lobeck. path. I, p. 436. Ceterum cognitum est varium in modum has voces fuisse explicatas: vid. Et. G. ib. 10, lexica et Doederl. gl. § 195.

quum esset apud Hom. πηρός *debilis*, a novato inde ἀπηρής (quod ex Ap. Rh. 1, 888 profert Et. m. 122, 8), i. e. ἀπήμων, composuit Callim. παναπηρής pro eo quod Hesiodo est παναπήμων [49]). Πηλόγονοι Jov. 3 vocantur Gigantes, quasi γηγενεῖς, cfr. Lav. 8. Soph. Trach. 1058 [50]). Ποδοῤῥώη Dian. 215 (Callimachi proprium) ad exemplum cognominis Achillis ποδάρκης. Πολύθεστος adj. exquisitum Cer. 48, i. e. πολυάρητος, id probare videtur, certe Callimachum e θέσσασθαι duxisse Homericum illud et contrarium ἀπόθεστος, cujus de origine certabant grammatici [51]). Πρωτάγριον Dian. 104 (imitatus est Nonn). πρωτόλεια vocatur ab Eurip. Or. 382, i. e. λείας ἀπαρχαί. — Τριπέτηλον *trifolium*, Dian. 165, quod alii vocant τρίφυλλον (Nic. th. 522). — Ὑψίζωνος Fr. 19 ad similitudinem oppositi βαθύζωνος, nisi potius placet conjectura egregia Th. Bergkii (Mus. Rhen. IX, 1. p. 138 sq.) Ὑψιζώρου.

3. Praeter illa, quae sunt componendo formata, reliquorum, quae Callimacho cum aequalibus ipsius aut cum scriptoribus infimae aetatis communia videantur, verborum haec potissimum afferam. Ἀβάλε (sive ἂ βάλε, cfr. Naek. Hec. p. 156) interjectio Fr. 455, imperatorum temporibus usitatissima. Ἀγγελιώτης et feminina forma ἀγγελιῶτις Jov. 68. Fr. 288. Del. 216. Ἀειζώων Del. 314 pro ἀείζωος. Ἀερτάζειν Fr. 19. 211 pro ἀείρειν. Αἴλινος, neutr. pl. αἴλινα pro adverbio Ap. 20, ab Alexandrinis poëtis effictum, quum solam interjectionem αἴλινον (proprie αἶ Λίνον) cognoverint antiqui [52]), docuit Nauck. Arist. p.

49) Quaevis fere linea Weicherti sententiae antea commemoratae repugnat. Fuit sane studiosissimus Homeri imitator Callimachus, sed tam elegans et subtilis quam qui maxime, neque ita insulsus et ipsius arbitrio expers, ut semper auctoris et ducis sui ad verbum paruerit consiliis.

50) Nam nihil de vulgata lectione mutare ausim, pro qua habent Πηλαγόνων Bentl. et Blomf., in partes vocatis Et m., Hesych., Suida, Steph. Byz., quibus Schneid. (Philol. VI, 495) addidit schol. Ven. Il. φ, 144 et epit. cod. Vat. Strabonis libri VII apud Cram. III, p. 86. At vide Lobeck. Phr. p. 658.

51) Cfr. Et. m. p. 131, 34, Hesych., Suid., schol. Lycophr. 540.

52) Vid. Aesch. Ag. 120. Soph. Ai. 612. Eur. Herc. fur. 348. Hel. 171. Or. 1395.

184 sq. (vid. Mosch. III. 1, 14. Maneth. I, 340. Spanh. ad h. l.). Ἀμορβός *comes* Dian. 45, *pastor* Fr. 46, et ἀμορβεύειν, si Callimachi est fr. 475 (Naek. Hec. p. 230). Ἀμφιετής Del. 278 pro ἐνιαύσιος. Ἀνακτορίη Fr. 218 pro βασιλεία ex iis quae sunt Homero ἀνακτόριος Od. 15, 395 et Herodoto 9, 65 ἀνάκτορον. Ἀνέραστος, ab Atticis imprimis recentioribus usitatum, Ep. 33, 4. Ἀπόκτισις *colonia* Ap. 74. Ἀροτριᾶν Dian. 161 forma recentior pro ἀροῦν 53). Ἀσίγητος Del. 286 et apud Nonn. saepius. Ἀττάραγος (οὐδ᾽ ὅσον ἀ.) Ep. 48, 9 pro ἐλάχιστον 54).

Βιοπλανής Fr. apud Bekk. An. p. 1253 οἵ τε βιοπλανὲς ἀγρὸν ἀπ᾽ ἀγροῦ φοιτεῦσιν 55). Βουβόσιον Ap. 49 pro λειμών. Βουθόκος Fragm. Etym. Gud. p. 226, 40 (cfr. Et. M. 404, 50) ἕζηνται 56) δ᾽ οὐχ ἵππον ἀέθλιον οὐ μὲν ἐχῖνον βουθόκον.

Γεργέριμος Fr. 50 est δρυπετὴς ἐλαία, i. e. δρύππα. Γενάρχης Fr. 36 generis auctor. Γενειήτης Dian. 90. Γυιός Dian. 177 (Lycophr. 144) *claudus* pro χωλός. In verbis autem ex his adjectivis ortis contrarius fere usus est, quod γυιοῦν antiqui, χωλοῦν recentiores dicunt.

Διψαλέος Jov. 27. Del. 130, ut αὐαλέος Cer. 6, recentiorum est pro ξηρός aut διψῶν. Δυσήροτος Del. 268, cfr. Poll. I, 227. Δωμᾶν Dian. 249 pro δέμειν.

Ἔδεθλον Ap. 71 et ἐδέθλιον ib. 61. Del. 228 pro ἕδος 57). Ἐλεημοσύνη Del. 152 pro ἔλεος. Ἐνδρομίδες proprio (ut ait Poll. VII, 93) nomine appellantur ὑποδήματα Dianae venatricis Dian. 16 et Iridis Del. 238. Ἐπίμεστος Cer. 133 minus usitatum 58). Ἐσόβδην adverbium in Fragm., quod Naek. Hec. p.

53) Alia exempla habet Lobeck. Phryn. p. 254. sq.

54) Significationem hanc tradiderunt Hesych. et Etymol.; praeterea vid. Athen. 14, p. 646. C. Polluc. 7, 23.

55) Cfr. Et. m. 198, 12 et quae infra de dialectis dicenda sunt.

56) ἄζονται Et. ms. Paris. ap. Ernest. Call. vol. I, p. 530.

57) Tamen ἔδεθλα pro ἐσθλά Aeschylo Ag. 752 (Well.) conjectura restitutum voluit Stanl.

58) Parum accurata videtur Passowii explicatio, *ausgefüllt, voll, in Fülle:* vid. Poll. IV, 170 ἐπιχειλῆ δὲ τὰ κατωτέρω τοῦ χείλους· ἐπίμεστα δὲ τὰ ὑπέρπλεα, sicut μεστόν et ἐπίμεστον ne illa quidem confusit V, 133. Consentaneus est Hesychii locus κορυστὸν τὸ ἐπίμεστον.

117 ex auctoribus ibi provocatis ita constituit: *μάναρσι γὰρ ἦλθον ἐσόβδην*.

Ζόρξ Dian. 97. Fr. 239 pro *ζορκάς* minus usitatum est, sicut *δόρξ* pro *δορκάς* Lav. 91 [59]), neque magis, ut videtur, frequentatum est *δορκαλίς* Ep. 32. 2.

Ἠλαίνειν Dian. 251 *mente turbatum esse* significat, quo fere sensu Hom. *ἀλαστεῖν*, Attici *μωραίνειν* habent [60]).

Θεοῦν Dian. 159 deum reddere. *Θευμορίη* Ep. 31, 4 pro *μοῖρα θεῶν* [61]). *Θυμάρμενος* Dian. 167 (Nicand.) idem est quod Homero *θυμαρής* [62]).

Ἰλυός Jov. 25 *latibulum* ferarum, forma insolentior est pro *εἰλυός*. Eodem loco praeterea observandum est *βάλλεσθαι ἰλυούς*, ut solent dicere *βάλλ. πόλιν, κρηπῖδα*. *Ἱμαῖον* (*μέλος*) Fragm. 42 *τὸ ᾆσμα, ὃ ᾄδουσιν οἱ ἀντλῆται* sch. Ar. Ran. 1297 [63]). *Ἰσαῖος*

---

59) Ex hoc loco id certe apparet, dissimiles habuisse Callimachum *δόρκας* et *πρόκας*. Cfr. Nauck. Aristoph. p. 112. 124.

60) Apud Theocr. 7, 22 propriam *errandi* vim habet. Cfr. quae de hoc verbo et cognatis disseruit Doederl. gloss. § 96—101. Qui quidem, quum Homero feliciter vindicavit formam genuinam *ἀλαστός*, per saecula oblitteratam, quod existimat Callimacho tamen Lav. 87 servandum esse *ἄλαστος* negativo illo sensu, ut est a grammaticis intellectum (quasi Tiresias sit *ἀλάθητα πεπονθώς*, quia Minervam non sua culpa viderit), id vix necessarium videtur. Nam vidit tamen Tiresias quae videre *nefas* erat, quamobrem ut in errorem et vitium deductus vocari poterat a Callimacho *ἀλαστός* i. e. *μιαρός*, sive *noxius*: quid? nisi noxius esset, cur poenam subire debebat? Cfr. Il. 22, 261, ubi de homine positum est hoc adjectivum.

61) De origine et substantiva vi Lobeck. par. p. 361.

62) Hoc igitur vocabulum e rad. *ἈΡ* petivisse Callimachum patet: et affirmatur quodammodo haec res ab ipso Homero (Od. 4, 777): *τελέωμεν μῦθον, ὃ δὴ καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶν ἤραρεν ἡμῖν*. Pro ipso autem *θυμαρής* Callimacho cum reliquis recentioribus commune est *θυμήρης* (Del. 29, cfr. Doederl. gl. § 539), cujus Doricam formam *θυμάρεας* (a *θυμάρης*) Cer. 56 restitutam vult Spitzn. (ad Il. 9, 336) pro eo quod nunc legitur *θυμαρέας*. Quod etsi per se valde commendatur, tamen ex iis quae de dialectis Callimachi disputaturi sumus apparebit quam sit lubricum constantem in hujus carmina inferre rationem. Praeterea de tota vocabuli forma parum inter grammaticos constat. Cfr. etiam Od. 5, 95 *ἤραρε θυμὸν ἐδωδῇ*.

63) Cfr. Athen. 14, p. 618. D aliosque locos a Nauck. prolatos Arist. p. 184.

Jov. 63 (Nic. th. 360) pro ἴσος. Ἰχθυβολεύς Del. 15 (et alias saepissime) pro ἁλιεύς.

Καταβόσκεσθαι Dian. 125 [64]) translate de pestilentia deque grandine jumenta et segetes consumente. Translate etiam περιβόσκεσθαι Ap. 83 dicitur de cinere carbones candentes sensim exstinguente. Καταΐξ procella Dian. 114. Κεραυνοβολεῖν ep. 46, 4.

Λάκτις Fr. 178 est τορύνη, *trua*, cujus rei testimonia vid. apud. Naek. Hec. p. 141. Λεγνωτὸς χιτών Dian. 12 fere est θυσανόεις, θυσανωτός (v. schol.). Λεσχαίνω pro λεσχάζω fragm. ap. Herod. π. μον. λέξ. p. 9 (τὰ δὲ νῦν πολλὴν τυφεδῶνα λεσχαίνεις): cui apte conferas σικχαίνειν *fastidire* ep. 29, 4 pro σικχάζεσθαι (Lob. ad Phryn. p. 226). Λεχωΐς Dian. 127. Del. 56. 124 et λεχώϊος Jov. 14 recentiorum sunt pro λεχώ et λόχιος sive λοχεῖος. Ληθαῖος Del. 234 pro ἐπίληθος (Od. 4, 221). Λιπάω *niteo* Fr. 121. 141.

Μελαμψήφις, qui nigros habet lapillos, epitheton fluvii Dian. 101. Del. 76. Μενοινή Jov. 90 per προθυμίαν explicant schol. et Suid. Μονιός Dian. 84 de feris et suibus dictum [65]).

Νήχυτος Fr. 313 *humidus*, quasi haberet νη intensivam, ut ajunt, significationem [66]): alios auctores collegit Naek. Hec. p. 87. Νοτεῖν Ep. 54 humidum esse.

Ξυνδείπνιον Cer. 72 pro ξύνδειπνον, cui conferendum est quod habent recentiores ὁμούριος (fragm. 185) et ὁμόριος (Polyb.) pro ὅμουρος et ὅμορος.

Ὀδακτάζειν Del. 322 pro δάκνειν. Ὀλόπτειν (χαίτην)

64) Tamen ms. Ven. habet ἐπιβόσκεται, vid. Blomf.

65) Aristoph. ap. Nauck. p. 112: καλοῦνται δὲ καὶ τῶν ὑῶν μονιοί τινες. De accentu ibid. p. 119 not. 71.

66) Vid. Lobeck. path. p. 201 sq., qui docet particulam νη vim intensivam ante Alexandrinos numquam habuisse, quamquam eam sibi grammatici multi opinionem habuerint informatam. Sic schol. Apoll. 3, 530: νήχυτον ὕδωρ, τὸ πολύχυτον. τὸ γὰρ νη καὶ στέρησιν σημαίνει καὶ ἐπίτασιν. καὶ ἀχύνετον ὕδωρ (Nic. al. 174, cujus loci vid. schol.) τὸ πολὺ κατὰ Ἴωνας καὶ Σικελιώτας. Cfr. Et. G. 408, 13 ubi de νηπενθής, et Doederl. gloss. § 60 ubi de νηγάτεος idem praecipitur.

Dian. 77 idem est quod τίλλειν in re simili appellat Hom. (cfr. Et. G. 426, 19. Orion. 188, 4). Ὄνειαρ pro ὄναρ Ep. 51 suspectum habet Blomf., sed tutum videtur e Lobeckii disputatione path. I. p. 431. (Anth. Pal. VII, 42. 1). Ὀπισθίδιος (πούς) Dian. 151 et similiter προσθίδιος Nonn. pro iis quae sunt ὀπίσθιος et πρόσθιος. Ὄστλιγξ Fr. 12 cincinnus. Ὀχεή latibulum serpentis Fr. 438 pro χειή. Cfr. locos a Naek. Hec. p. 179 sq. collectos Arati et Nicandri.

Παίπαλος (παίπαλα loca praerupta) Dian. 194 pro παιπαλόεις [67]). Πανακής Ep. 48, 4 et πανάκεια Ap. 39. Περισκεπής sensu activo legitur Del. 23, passive Jov. 11, plane ut est apud Hom. περίσκεπτος, et imitatus est Dion. P. 245 [68]). Πίτυρις Fr. 50 vocatur θλαστὴ ἐλαία sive στέμφυλον. Ποιά pro ἐνιαυτός Fr. 182 [69]). Ποτίστρη Dian. 50 pro πίστρα aut, quod frequentius est, ποτήριον, quod idem alio et inusitato, ut videtur, nomine vocat ὑπολη νίδα Dian. 166 (apud alios ὑπολήνιον, sed ad usum singularem revocatum). Προμολαί Dian. 99 sunt *montis radices*, ib. 142 *atrium* [70]). Προτερηγενής Jov. 58 pro προγενέστερος, aut pro γενεῇ πρότερος, quod versui aptum est. Πρωτόθρονος Dian. 228 epitheton Dianae ut deae primi or-

67) Vid. schol. Ar. Nub. 260. Spitzn. de versu her. p. 76.

68) Hic usus docere videtur unde duxerit Callim. illud περίσκεπτος, id quod optima ratione explicavit Doederl. gloss. § 181, not. 101. Probavit enim exemplis (quibus adde παναρκής, de quo infra) utramque formam communem habere vim et originem a σκέπειν et σκέπας repetendam. Post Homerum demum in περίσκεπτος videndi significatio agnoscitur (quasi a verbo σκέπτεσθαι petitum esset), ut apud Call. ep. 5, 8 περίσκ. παίγνιον, *dignum quod videatur, admirabile.*

69) Hujus significationis quamquam in altera forma ποία originem agnoscunt grammatici (vid. E. M. 677, 49. Schol. Theocr. 3, 32), tamen de accentus discrepantia constare videtur.

70) Vix est audiendus Blomf., cui quum videretur restituendum Apollonio ubique προβολαί, corrigendus item fuisset scholiasta ejusdem, cui debetur egregium hoc testimonium ad 1, 260: ἐπὶ προμολῇσι· τῇ ἐξόδῳ τῶν ἀριστέων. ἀπὸ τοῦ εἰς τοὔμπροσθεν μολεῖν. ἐντεῦθεν καὶ τὰς πρώτας προβάσεις τῶν ὀρῶν προμολὰς λέγουσι: corrigenda fuissent quae sunt in E. M. 689, 34: προμολή, ἔστιν ἡ προαυλία καὶ προέξοδος, ἀπὸ τοῦ προμολεῖν καὶ προαυλίζεσθαι· παρὰ Ἀπολλωνίῳ.

dinis, ex Homerico illo *χρυσόθρονος* effictum. *Πυρόεις* Fr. 47. *Πυρίκμητος* Del. 145, pro quo habent *πυριγενής* (Eur.) aut *πυριγενετής* (Aesch.) aut *σφυρήλατος*.

Σάρον πόντου vocatur *Delos* v. 225: ex eadem familia *σαρωνίς* Jov. 22 appellatur *δρῦς*.

Ταχινός, plus semel pro *ταχύς*, frequentissimum erat apud hos scriptores. *Τελεσφορίη* pro *ἑορτή*, *θυσία* Ap. 77; pro *τελεταί* Cer. 129 [71]). *Τυφεδών* v. Fr. ad verbum *λεσχαίνειν* [72]).

Ὑπαγλαύσσειν Dian. 54. *Ὕδω* et quae inde Ionice formata sunt, *ὑδέω* et *ὑδείω* Jov. 76, Fr. 477, Fr. apud Bast. ad Greg. Cor. p. 241 (cfr. Et. G. 539, 59 et Suid. *ὕδω*): *ὕδειν ἔοικε τὴν φερέζωον κόρην*. Alios locos habet Naek. Hec. p. 249.

Φερέζωος in eodem fragmento, de quo Naek ib. p. 48 [73]). *Φρυασσόμενος* (*ἵππος*) Lav. 2.

Χαρίσιος adj. pro *χαριστήριος* Fr. 193. *Χορῖτις* Dian. 13. Del. 306, cujus masculina forma *χορίτης* a *χορεύειν*, ut *ὁδίτης* ab *ὁδεύειν*, *ζευγίτης* a *ζευγνύναι* [74]). *Χοροστασία* Lav. 66 idem est quod fragm. 280 novo item nomine appellat *χοροστάδα ἑορτήν* [75]). *Χρῖμα* Lav. 16, 26 videtur recentiorum forma esse.

Ὠμοτόκος Cer. 53. et *ὠμότοκος* Del. 120 [76]).

---

71) V. sch. Keilii ad Apoll. 1, 917. — 72) De flexione v. cap. V.

73) De ceteris ejusmodi compositis vid. Lob. ad Phr. p. 767 sq.

74) Non bene Del. 306 *χορεύτιδες* a Blomf. editum videtur, quasi e forma masculina *χορεύτης*. Nam ut omnia fere trium syllabarum substantiva verbalia in $\overline{ης}$, quibus personae subjecta est significatio, *ὀξύτονα* sunt (v. Krüg. gramm. I. § 41,16, n. 1), ita e *χορεύειν* formatur *χορευτής*, cujus feminina forma debebat esse aut *χορευτίς* aut *χορευτρίς* aut *χορεύτρια* aut *χορεύτειρα*. (Cfr. *δουλευτής*, f. *δουλεύτειρα*; *ποιητής*, f. *ποιήτρια* et *ποιητρίς*; *θεραπευτής*, f. *θεραπεύτρια*, *θεραπευτρίς*, *θεραπευτίς*; *τοξευτής*, f. *τοξεύτειρα* formata e *δουλεύειν*, *ποιεῖν*, *θεραπεύειν*, *τοξεύειν*). Ab illis autem antiquis distinguendum est hoc novatum *χορίτης* cum fem. *χορῖτις* non minus quam *ζευγίτης* a *ζευκτής* et *τεχνίτης* a *τεχναστής* et *μυθίτης* a *μυθητής*. Cfr. Ap. 47 et Schneid. Philol. VI, 510.

75) Utriusque appellationis auctores invenies ap. Naek. Opusc. I, 226. II, 97: quibus adde Dion. P. 842. Cfr. Lob. par. 79.

76) Huic vocabulo, quod legitur etiam ap. Nonn. Dion. 15, 200, quum e sententiis horum locorum parum videatur fidei esse, videas quam

4. Denique de iis agendum est verbis, quibus omnium Graecorum scriptorum solus videtur Callimachus usus esse. Cujusmodi haec sunt: *Ἄεμμα* pro *τόξον* Ap. 32. Dian. 10. *Ἄκυθος* Ap. 53 fere est *ἄγονος*, *sterilis*; ceterum grammaticis tantummodo cognitum videtur, qui de origine et scriptura valde dissentiunt. *Ἀλυσθμαίνειν* Del. 212 (ut *ἀλυσθαίνειν* Hippocr. et Nic.) ex multis verbi *ἀλύειν* derivatis est. *Ἀμβολαδίς* Dian. 61, de Cyclopibus elatis alte malleis tundentibus, qui *μέγα ἀναβάλλουσι τὰς ῥαιστῆρας* 77). *Ἀνδρογίγας* Cer. 35. *Ἀπεδίλωτος* Cer. 124, pro quo *ἀπέδιλος* Aesch. Pr. 135 78). *Ἄρπις* fr. 66 *ὑπόδημα*, de origine v. Lob. path. p. 493. *Ἄστριες* pro *ἀστράγαλοι* Fr. 238, 239. *Ἀφρικτί* adverb. Dian 65. — *Βαρυσκίπων* Fr. 120 epith. Herculis. *Βραχυσυλλαβίη* Ep. 9, brevissimum illud „*νικῶ*", quod ait felicis poëtae esse verbum. — *Γειόθεν* Fr. com. Ber. 2. *Γηφάγος* Fr. 58 Hesych. *πένης*, *ἄπορος*. — *Δεκατηφόροι ἀπαρχαί* Del. 278 (nam Pausan. I. 42. 5. *Δεκατηφόρον* tradidit cognomen Apollinis. — *Ἐλείθυια* Del. 257. Cer. 131. *Εἰναετίζεσθαι* Dian. 179 (ap. LXX est *τριετίζεσθαι*). *Ἑλικός* Fr. 290 idem fere est quod Homero *δινήεις* 79). *Ἐπιπορπίς* Ap. 81 *περόνη* schol. *Εὐαντὰν ἀοιδῇ* Dian. 55. idem est quod *πρόφρων*

---

argute O. Schneider. (Philol. VI, p. 509 sq.) conjecerit *ὠμόκοτος* ubique restituendum esse (ad similitudinem Aeschyleae compositionis, qualis est *νεόκοτος* et nonnulla similia), ut sit fere *ὠμόφρων*.

77) Cfr. Il. 21, 364 *λέβης ἔνδον ζεῖ ἀμβολάδην*, 22, 476 *ἀμβλήδην γοᾶν*. Doederl. gl. § 313.

78) Huic videtur conferri posse *ἀσύλωτος* Dian. 213, quod, quum neque verbum ullum *συλόω*, unde repeti posset, neque formae analogia reperiretur, aut pro *ἀσύλητος* positum crediderunt interpretes (Ernest. et A. Dac.) aut Graecum esse negarunt (cfr. Blomf., qui Toupii et Brunckii conjecturam *ἀτύλωτος* facile accepisset nisi metrum impediret). At ne *πεδιλόω* quidem verbum cognovimus. Crediderim igitur equidem *ἀσύλωτος* (sive *α* intensivum est, *plane nudus*, sive negativum *integer*) per epenthesin ex *ἄσυλος* et *σῦλον* ortum, sicut *ἀπεδίλωτος* ex *ἀπέδιλος* et *πέδιλον*.

79) Nam veram, ut videtur, significationem dedit schol. Soph. Ai. 365: *ἑλικώτατον ὕδωρ, τὸ ἑλικοειδῆ ἔχον τὴν ῥεῦσιν*. Quod Eustath., Hesych., alii *μέλαν* significare dicunt *ἑλικόν*, inde videtur factum esse quod eandem *Αἴσηπον μέλαν* vocat Hom. Il. 2, 825. At vid. Et. m. 547, 20. Lob. par. 289.

ἀντᾶν, ex quo εὐάντης et εὐάντητος adjectiva effinxerunt alii recentiores. — Θαμινός Cer. 65 [80]. — Κεραελκής Dian. 179 [81]. De ratione compositionis v. Lob. ad Phryn. p. 672. Κιθαρισμός (est etiam in inscriptione Chia ap. Boeckh. II. p. 201. 10) Del. 312 pro κιθάρισις aut κιθαριστύς, quemadmodum jam antiquis erat ὀρχησμός simul et ὄρχησις et ὀρχηστύς. Κικυμίς Fr. 318 est γλαύξ. De hac forma et aliis ejusmodi v. schol. Arist. Av. 262. Κολουραῖος Fr. 66 κοῖλος Suid. — Λαγωβολίαι Dian. 2. Λεοντάγχωνος Epigr. 35 [82]. Λίκουρος Fr. 76, cfr. schol. Ar. av. 873. — Μορμύσσεσθαι Dian. 70. Del. 297 forma brevior pro μορμολύττεσθαι (i. e. ἐκπλήττειν) de lamia, quae Graece vocatur μορμώ. Vide quae congesta sunt a Ruhnk. Tim. lex. Plat. p. 181 sq. — Νενίηλος Jov. 63 est ἀνόητος — Ὀϊστευτής Ap. 42 ex ὀϊστεύειν factum, sicut e τοξεύειν τοξευτής. Ὀϊστευτήρ autem est ap. Nonnum et Anthol. — Παιδοῦσσα Fr. 431 aliquam habet imitationem ejus quod est apud Soph. Tr. 308 τεκνοῦσσα, ubi v. schol. Παναρκής Fr. 48 pro πανάρκετος (Aesch.), vide supra not. 68. Παρουάτιος Dian. 91 de cane, cui longae dependent aures. Προχανή pro πρόφασις Cer. 73. fr. 26. — Ῥυηφενίη Jov. 84 est εὐπορία, πλοῦτος. — Σιγεῤῥεπής epigr. 45, 6 (e lectione Bentleji). — Τέλθος pro τέλος Cer. 77. Lav. 106. — Ὑδατηγός Fr. 42 vocatur ἀντλητής (cfr. ἱμαῖον). — Φαράω et ἄφαρος Fr. 183, vid. E. m. p. 788, 26. Φορβαῖος Lav 50 pascuus. — Ψευδοπάτωρ Cer. 98.

III.

Callimachi autem orationem ab antiquis ita recessisse, ut multis, quorum ne illis quidem usus fuerit infrequens, verbis novam aut certe insolentiorem subjecerit significationem et structuram, ex ea quae sequitur adumbratione apparere poterit. Ἀέξειν

---

80) Hoc igitur adjectivum Passow. in lexico injuria reperiri negat.

81) Ea enim est lectio Blomfieldii, cujus auctores enumerat Ernestius, qui tamen ipse legit κερεαλκής.

82) Vocabulum tamen dubium est et a criticis valde tentatum.

Dian. 34 de diis dicitur, ut sit *colere*, τιμᾶν: quod ut in Attica forma αὔξειν nihil habeat insolentiae tamen ab Epicorum hac forma abhorrere videtur. Ἄθικτος Fr. apud schol. ad Hom. Il. 16, 235 (οἶσιν ἄθικτον σάμβαλον αὐλείου ex emendatione Naekii, Hec. p. 50) et Dian. 201 (μύρτοιο δὲ χεῖρες ἄθικτοι) ita adhibuit Callim., ut ea res, quae alteri admovenda est, intacta ab hac esse dicatur, quasi activam haberet significationem, cui fere contrarium fieri solet apud alios. Αἰζηός, quod proprie habet adjectivam vim (ἀκμαῖος, νέος), tum ad substantivum propius accedit usum[83], Jov. 70 substantive pro ἄνθρωπος universe dicitur. Αἴθω ad famem translatum est Cer. 68 (αἶθων λιμός, unde Apollon. 1, 1245 λιμῷ αἰθόμενος). Αἰτίζειν ubique apud veteres est *mendicare*, Fragm. 190 et Dian. 32 est *poscere, petere*. Ἀλιτήμων apud Homerum de hominibus dicitur, Dian. 123 ἀλιτήμονα sunt *scelerate facta*, quae aliis fere ἀτάσθαλα, κακά sunt. Ἅλς Fr. 50 est ἅλμη, *muria*. Ἄμπωτις, vox praesertim Herodotea, proprie est undarum recessus, Del. 180 est *alveus* undis recedentibus *siccus relictus*. Ἀμφιβαίνειν ἵππον Del. 113 exquisite dicitur *ascendere in equum*, ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸν ἵππον[84]. Ἀμφιλαφὴς τέχνη Ap. 41, epitheton Apollinis, insolentius ad deos aut ad homines refertur[85]. Ἀναίνεσθαι, quod est apud veteres scriptores aut *recusare* (Del. 123) aut *negare*, Del. 46 ad *repudiandi* et *fugiendi* significationem accedit propius. Ἀναξηραίνειν Cer. 113 *consumendi* vim habet universe. Ἀνηβᾶν, quod apud antiquos est *repuerascere*, Jov. 56 pro simplici ἡβᾶν fere positum est. Ἀνήκοος Del. 116 sensu proprio et activo de eo dicitur,

---

83) Vid. Il. 2, 660. Callim. Fr. 200. Apollon. 4, 268: est enim *juvenis*, ut explicatio Hesychii fert: νεάνισκοι, οἱ τῷ αἵματι ζέοντες.

84) Sic περιβαίνειν usus est Plut. Pyrrh. 11. Cfr. Hom. Od. 5, 371 ἀμφ' ἑνὶ δούρατι βαῖνε.

85) Observandum praeterea puto, quum de deo agatur, cui variarum artium subditi cultores sint, parum recte ad significationem illam varietatis et copiae studiorum, quae ad homines fere pertinet, hoc loco refugisse interpretes et lexicographos: quibus hoc nomine Apollo videtur *in varietate artium versatus* ("vielseitig") appellari. Nam quae sequitur (v. 42—45) nominis interpretatio ostendit deum *late regnantem* significari: id quod ad vim primariam vocis proxime accedit. Cfr. Ruhnk. Tim. lex. Plat. p. 27.

qui non audit, quasi ὁ οὐκ αἴων, ὁ κωφος, *surdus*, ut Lycoph. 1451. Ἄπαστος, ab Homero cum Genit. junctum, Cer. 6 absolute positum est. Ἀπερείδεσθαι gen. medio proprie est *niti* aliqua re, Del. 120 *deponendi* fere vim habet ita, ut sit ἀπερείδεσθαι ὠδῖνας partus edere: id quod apud recentiores non rarum est, de qua re sufficiunt lexica. Ἀπέχειν Ep. 53 et 57 pro simplici ἔχειν. Ἀπομάσσεσθαι ita posuit Call., ut sit ἐρεύγεσθαι Del. 14 (cfr. Od. 5, 403), μιμεῖσθαι Ep. 28[86]. Ἀποπνεῖν, omisso θυμόν, est *mori* Fr. 219. Del. 186. Ἄραβος, quod est fere dentium crepitus (Hom. Il. 10, 375), a Callim. vocatur armorum clangor Del. 147, ut ab ipso Homero ἀραβεῖν dicuntur arma cadentia. Ἀραιός Del. 191 pro μικρός videtur positum de insula. Ἄρκιος de rebus fere certis et tutis usurpatur; Callimacho Cer. 35 et Fr. 51 b, ad homines relatum, est *par*, *idoneus*, *satis potens* ad rem perficiendam: id quod Atticis scriptoribus est οἷός τε, ἱκανός, Homero autem καρτερός. Ἄτλητος μόθων Ep. 71, 1 sensu activo positum. Ἄτροπος Del. 11 ad agrum incultum translatum idem est quod ἀνήροτος. Αὖλις apud Hom. est noctis deversorium, Callimacho autem aut *domicilium* (Dian. 87, quod imitatus est Apollon. 1, 1173) aut *stabulum* (Cer. 106) aut *portus* (Fr. 126).

Βλητός, medicorum fere proprium, Dian 127. Cer. 102 de iis dicitur, qui Apollinis aut Dianae telis mortui sunt. Βοηθόος apud Hom. eam habet adjectivam vim, ut sit *ferox*, *bellicosus* (β. Αἰνείας Il. 13, 477) aut *bellicus* (ἅρμα β. 17, 481); Callimacho Dian. 22. Del. 27 substantivum est, ut interdum apud solutae orationis scriptores βοηθός (cfr. Call. Dian. 153) et apud epicos ἀοσσητήρ (Ap. 103). Βουκολεῖσθαι κατ' ἠέρα Del. 176 de stellis in coelo vagantibus[87].

86) Hic liceat aliud ejusdem verbi μάσσεσθαι compositum observare, ἐμμάσσεσθαι (ὀργήν τινι) quasi iram immittere, quod his primis scriptoribus usitatum est. Vid. Blomf. et Ahrens. (Philol. VII, 431), qui usum liberiorem horum verborum apud Alexandrinos exposuit. De Nonni imitatione vid. Naek. I. p. 225.

87) Eodem loco, sicut com. Ber. fragm. 1, observandum est ἠέρα pro αἰθέρα positum esse: de quo usu cfr. Valcken ep. Titm. p. 51 et Schneider. in Philol. VI, 522.

Δείελον Fr. 190, substantive positum est *τροφὴ δειλινή* [88]). *Διακριδόν*, quod superlativo conjungi solet, Del. 57 verbo additur insolentius (*δ. ἐπεβριμᾶτο Λητοῖ*), quem utrumque nexum habet *ἔξοχα* apud Hom. et Herod. 4, 53. *Δυσαής* apud Hom. active positum ventorum epitheton est; Dian. 115 *τῷ κρυμῷ* adjicitur, Del. 188 de vertice summo montis dicitur sensu passivo, sicut usurpari solet *δυσχείμερος*.

Ἐᾶν, cui Dian. 154 vulgaris subjecta structura est (*ἔα πρόκας . . . βόσκεσθαι*), ib. 8 absolute positum est omnino, ut sit fere *promittere* [89]). *Ὁ εἷς* dicitur is qui superest excepto aliquo numero (Il. 20, 272); Del. 75 (*φεῦγε καὶ Ἀονίη τὸν ἕνα δρόμον*) *ὁ εἷς* significat *unum eundemque*, *τὸν αὐτόν*, omisso tamen dativo de quo praecepit Rost. gramm. p. 515. Cfr. Schneider. Philol. VI, 543 sq. *Ἐλατήρ*, qui *incitator* equorum imprimis est, Jov. 3 vocatur Jupiter Gigantum *depulsor*: cfr. Opp. cyn. 1, 119 *εἴαρι, κρυερῶν νεφέων ἐλατῆρι*. *Ἐλελίζειν*, de hominibus praecipue usitatum, Del. 137 de clypeo Martis dicitur, qui pulsus clangorem mittat. *Ἐμβάλλειν τινί τι* Jov. 84 dandi significationem habet. *Ἐνικρύπτειν* Fr. 157 exquisitam eo habet subtilitatem quod, quum in illa Homeri formula *ἐνικρύπτειν δαλὸν σποδιῇ* (Od. 5, 488) proprius agnoscatur usus, apud Atticos vero *subcinericii panis* pervulgata esset appellatio *ἐγκρυφίας ἄρτος*, Callim. ad hujus panis coquendi significationem ipsum verbum transtulit. Cfr. praeterea Naek. Hec. p. 148. *Ἐνιπλέκειν τινὰ ἀοιδῇ* Del. 29 conformatum videtur e pervulgata illa structura *πλέκειν λόγους, μύθους, ἀοιδήν*, similia. *Ἐντύνεσθαι*, quod fere absolute ponitur, Ap. 8

---

88) Cfr. Naek. Hec. p. 147. Homero autem *δείελος* Il. φ, 232 est *δείελον ἦμαρ*.

89) Quod proposuit Ruhnk. (ep. Tittm. p. 4) *εὔπτερον* ad *φαρέτρην* referendum, id licet eleganter conjecerit, ut solet, tamen vix probare puto locum, quem protulit, Bionis 1, 82; sed Nonnum potius, quum de Callimacho agatur, audiamus: *ἀλλὰ βέλος καὶ τόξον ἔα πάτερ*. Ex quo tamen loco quod *τόξον* pro vulg. *τόξα* e conjectura Ruhnkenii scripsit Blomf., scilicet ut "ad aures accideret suavius," eo nihil opus esse crediderim. Nam hiatus post tertium trochaeum ne apud ipsum quidem Callimachum insolentiam ullam habet; cfr. v. 10 ejusdem hymni (*αὐτίκα τεχνήσονται, ἐμοί* . . .) et locos elegiacorum ab Ahrens. in Philol. III, 227 sq. prolatos.

habet ἐς μολπὴν καὶ χορόν subjecta, cujusmodi structura est verbi παρασκευάζεσθαι. Cfr. Mosch. 2, 30. Ἐξάλλεσθαι nude positum Cer. 88 sensu non proprio usurpatur, fere ut ἐκβαίνειν τὰ ὅρια (Eur. Herc. f. 82) *modum suum excedere, promissiorem evadere*[90]. Ἐπαύλιον, quod est fere *villula, casa,* Fr. 131 teste Suida significat μονήν, *deversorium.* Ἐπίβαθρον, quod proprie est μισθὸς τῆς βάσεως τῆς εἰς τὴν ναῦν, τουτέστι ναῦλον (Hesych., cfr. Hom. Od. 15, 449. Call. fr. 110, 3 ubi idem appellatur πορθμήϊον), Del. 22 est μισθὸς τῆς βάσεως τῆς εἰς τὴν γῆν, quod ἐπίβαθρον γῆς vocat Plut. symp. VIII, 7. 3. Cfr. Naek. Op. I, 227. II, 215. Ἐρύειν Jov. 62 ad sortitum minus usitate translatum est: κλῆρον ἐρ. ἐπί τινι, pro iis, quibus utuntur veteres ἐπὶ κλήρους βάλλεσθαι (Od. 14, 209), κληροῦσθαι, similibus: sic apud Romanos *sortes ducere.* Ἐχῖνος Fr. 250 pro γαστήρ positum significat ventrem fartum sive *farcimentum* (qui usus ut malus vituperatur in Et. G. 226. 27); tum ἐχῖνος est λέβης in Fr. Et. Gud. 226, 40 jam commemorato, vid. βουδόκος pag. 34.

Ζεῖν Homerus aquam dicit et vas igni impositum (ὕδωρ, λέβητα), tum apud alios de aliis dicitur, quaecumque fluida sunt (ut θάλασσα, λίμνη, αἷμα) deque animo quodammodo affecto. Callim. Dian. 60 ad mineralia transtulit[91]: de qua re θερμαίνεσθαι Hom. Od. 9, 376 et πυροῦσθαι et θάλπεσθαι Hes. th. 863. Ζώννυσθαι subjecta habere solet χαλκόν, ζώνην similia, quae ad armaturam militum pertinent, aut nude positum significat *armis accingi, parare se ad bellum:* Dian. 12 simpliciter *succingendi* vim habet (ἐς γόνυ ζώνν. χιτῶνα). Ζωστήρ Ap. 84 insolenter habet adjectivi vim, ut sit *succinctus.*

Ἠοίη Del. 280 vocatur *oriens* substantive fere, ut ἠώς. Ἦρα Fr. 41 cum genitivo pro χάριν, *causâ.*

Θέαινα, ab Homero huic formulae astrictum: πάντες τε θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι, Callim. Dian. 29 nude posuit omnino pro θεά.

---

90) Hoc igitur verbum, a multis varie vexatum interpretibus, quid significet satis opinor apparere ex interpretatione scholiastae: αὐξάνεσθαι ἐπὶ τῷ ἐσθίειν.

91) Apte huic loco Spanh. confert Pers. Sat. V. 10 *anhelanti coquitur dum massa camino.*

Θυμός insolentius dictum est in hac formula: κατὰ θυμόν τινι ἀείδειν Ap. 27, ut dicere solent πρὸς χάριν τινός, πρὸς (καθ') ἡδονήν τινι, sic apud Homerum ἄρσαντες (τὸ γέρας) κατὰ θυμόν Il. 1, 136; tamen saepius κατὰ θυμόν referri solet ad eam personam, de qua aliquid declaratur, quamobrem sentiendi fere verbis subjicitur, qualia sunt εἰδέναι (Il. 2, 409) et γηθεῖν (ib. 13, 416). *Θυωρός*, quod traditur ad res sacras proprie pertinuisse (Hesych. Et. m. 457, 51), pro τράπεζα universe dicitur Dian. 134.

Καιρός pro χρόνος Ep. 8, 3. Vid. Ammon. diff. voc. pag. 79. *Κακόγλωσσος*, quod est *infaustus, miserabilis* (Eur. Hec. 661), Del 96 pro κακήγορος dicitur de *maledicis* feminis. *Καταλέξαι*, quod est *enumerare, narrare, disputare*, ut apud Hom. etiam simplex verbum λέξαι, Del. 274 est *dicere* [92]). Neque magis usitate positum videtur *ἀναλέξασθαι* Ep. 24, 4 (γράμμα) pro *legere* [93]). *Κατώτερος* ἑξήκοντα (ἐτῶν) Cer. 130 de aetate dicitur, *sexaginta annis minor* [94]), ut αἱ ἐντὸς εἴκοσι ἐτῶν Arist. Eccl. 984. *Κεραός* Ap. 62 est *corneus* pro κεράτινος, κερόδετος. *Κερατώδης* de monte jugoso translate dicitur Ap. 90. *Κλείειν*, *κλέειν*, quod Homero est *laudare, celebrare* (ut Call. Ap. 18), Jov. 51. Del. 40 *appellandi* vim habet [95]). *Κλίνεσθαι*, quod ab Homero inde de situ locorum deque domiciliis hominum cum dativo casu positum est ita, ut idem fere sit quod ναίειν, Dian. 254 in participio positum cum ipso ναίειν jungitur sine dativo: Κιμμέριοι, οἵ παρ' αὐτὸν κεκλιμένοι ναίουσι βοὸς πόρον Ἰναχιώνης. *Κόλπος* Del. 214 sing. numero *uterum* significat, quo sensu plur. κόλποι habent jam Pind. et Eurip. et Call. Jov. 15: similiter dixit *γυῖα* Call. Dian. 25, si ibi certa est codicum lectio.

---

92) Nam minus placet ad extrema modo Deli verba relatum, quibus enumerat terras, quae a suis diis minus quam ipsa ab Apolline dilectae sint.

93) Cfr. Kühner. ad Xenoph. Anab. II. 1. 17.

94) Ad hunc locum explicandum optime contulit Schneider. in Philol. VI, 555 sq.

95) Sic saepissime apud recentiores poëtas, cfr. Apollon. 1, 217. 238. Nic. al. 36. De ἔκλεο Del. 40 (cfr. Hom. Il. ω, 202) adstipulatorem habeo Lobeck. path. I, 223 adversus Buttmanni dubitationem. Praeterea Rost. gramm. p. 311 ἐκλέο scripsit; Krüger. autem II. 1 pag. 79 et 127 in hac una forma retractum accentum tacite servavit.

Κονίστρα Fr. 492 pro παλαίστρα, vid. Naek. Hec. 186. Poll. III. 154.

Λαγόνες, ad homines fere et animalia relatae, Fr. 185 (Βριλλήσσου λαγ.) montis latera dicuntur, cfr. Naek. l. c. 226. Λάσιος Hom. et reliqui antiqui scriptores adjiciunt aut hominibus aut animalibus aut corporum membris; Dian. 76 ad ipsos crines refertur (λασίη χαίτη), ut sit *hirsutus*, *densus*[96]. Λιπαρός apud Hom. est aut *oleo unctus* (cfr. Lav. 32. Ep. 94, 4) aut *nitidus* aut *amoenus* (cfr. Ep. 5, 5). Callimachus vero retulit ad terrae ubertatem (Del. 116 λιπ. νῆσος), quod praeivit jam Pind. et alii; aut ad portus opportunitatem (Del. 155 λιπ. ὅρμος), quod minus est usitatum; aut ad sacrificii largitatem (Fr. 188 λιπ. ὀνοσφαγία). Λιτός sive λειτός, quod est fere *levis*, λεῖος, translate dicitur de hominibus Ap. 10 pro δειλός, σχέτλιος, de rebus Lav. 25. Ep. 50, 1 ut sit *vilis*.

Μαστός nutrix appellatur Cer. 95. Μεδέων, deorum fere nomen, Jov. 86 addit Ptolemaeus regi. Μέσση Del. 281 substantive pro μεσημβρία de coeli tractu dictum est. Μίτρη, quod Homero semper est militum cingulum (quamquam deinde ab aliis aliter translatum), numquam ita positum est a Callimacho. Est autem 1) ζώνη virginum Jov. 21 μ. λύσασθαι, cfr. Del. 222 (id quod Del. 209 dicitur ζώνην λύσασθαι. Vid. Apollon. 1, 288. 4, 1024): quem ad usum pertinet quod Dian. 14 ἄμιτροι vocantur puellae impuberes; 2) στρόφιον, quo pectora circumdabant feminae Ep. 39, 4 cfr. Apollon. 3, 867. 1013; 3) στέφανος Ep. 49, 3; 4) βασιλεία Del. 166. Ex quibus coronae significationem apud Pind. Ol. 9, 125 reperimus, reliquas recentiorum proprias putaverim.

Νάειν Homer. unde posuit de fluviis (cum dativo semel ναίειν, Od. 9, 222): Dian. 224 de monte Maenalio dicitur φόνῳ νᾶεν Μαινάλιη ἀκρώρεια, adposito in dativo casu nomine ejus rei, qua fluat mons. Cfr. Apollon. 1, 1186. Haacke de eloc. Ap. 1, p. 11. Νέπους Fr. 77 (singularis numeri unicum exemplum) pro ἀπόγονος, ut apud alios Alexandrinos.

---

96) Cfr. Apoll. 4, 1605. Nic. th. 69 λασίοισι φύλλοισι κατήρης. Theocr. 11, 31 λασία ὀφρύς.

ξύλον de vivo arbore, ut Cer. 41, rarum est[97]).

Οὖλος varios habet usus insolentiores: οὖλα καταχροταλίζειν Dian. 247, ὀρχεῖσθαι Jov. 52 (*strenue, vehementer*), fere ut Ep. 5 οὖλος ἐρέσσων[98]). Tum Del. 302 Hesperus vocatur οὖλος ἐθείραις (cfr. quae sunt ap. Hom. οὐλοκάρηνος et οὖλαι κόμαι), sed translate, ut sit λαμπρὸς ταῖς ἀκτῖσιν. Deinde Fr. 140 οὖλος στέφανος est *spissa corona* (cfr. οὖλαι κορωνίδες Stesich. ap. Athen. III. p. 81 D). Denique Ap. 75 est *salvus*, ὑγιής[99]). *Ὀξύς* substantivo πόρος adjicitur Del. 45, quo sensu est adjectivum ὀξυπόρος et Homero ὠκύροος. Sic ὀξύ Jov. 56 est *celeriter*.

Παλάσσειν Homero est *aspergere, maculare* (ut Lav. 7); Del. 78 pro πλήσσειν positum est: Ἀσωπὸς πεπάλακτο κεραυνῷ. *Πάσασθαι* Fr. 261 esse *saltari* testatur is cui debetur, Athen. I. p. 24. A. *Περιηγής*, quod Ap. 58, ut apud Hippocr., est *rotundus* (τροχοειδής), Del. 198 est *in orbem jacens* (κυκλοειδής), tum Fr. 429 *circumhabitans*[100]). *Πηγός*, quod Homero ubique est *robustus, integer*, Dian. 90 ad colorem ita referri traditur, ut sit aut *albus* aut *niger*[1]). *Πίνειν μαστόν* Cer. 95 pro

97) Sic Xen. An. VI, 2. 4 ξύλα πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, πάνυ δὲ πολλὰ καὶ καλὰ ναυπηγήσιμα ἐπ' αὐτῇ τῇ θαλάττῃ de vivis quidem arboribus dicitur, sed ita videtur positum, ut materiam potissimum respiciat.

98) Huic usui conferri quodammodo potest Il. 17, 756 οὖλον κεκλήγοντες, ubi tamen multitudinem quoque clamantium respici putant interpretes. De origine et usu vid. Doederl. gl. § 471.

99) Hujus usus praebent vestigium apud Hom. οὐλή Od. 19, 507 et οὖλε 24, 402. Cfr. Doederl. § 473.

100) Cfr. locos a Naek. I, 226 et II, 106 laudatos, quibus addas Nic. th. 106, ubi ad κοῖλος propius accedere videtur.

1) Cfr. Schol., Lycoph. 336 et ib. Tzetz. et Pott. Callimacho utrum sit difficillimum est ad dijudicandum, neque satis liquet κύνες ἥμισυ πηγοί (*semialbi* aut *seminigri*) qui sint et quales et cujusmodi coloris. Ceterum coloris illam significationem tradunt Eustath. ad Il. 3, p. 306, Hesych. et Et. m., unde Alexandrinorum videtur propria fuisse (cfr. schol. Od. 5, 388 Il. 9, 124). Ad colorem retulit etiam Schneid. Philol. VI, 505. Grammaticorum igitur testimoniis doctorumque virorum auctoritati repugnare non ausim; sed tamen in mentem mihi venit, quos appellat Homerus ἵππους πηγούς (bene pastos), eos non multum distare ab illis qui sunt apud Callimachum κύνες πηγοί, quos quum appellavit ἥμισυ πηγούς id signifi-

θήσασθαι μ. Πλίσσειν Dian. 243 unde positum est de saltantibus [2]). Πολυχρόνιος Del. 282 de aetate hominum est *longaevus* [3]); tum Lav. 128 *quod multos post annos evenit.* Veteribus autem est *longinquus.* Ποτιπλάσσειν Ep. 54 est *creare, cooptare.* Προτέρω, quod de loco potissimum in usu est (ut ἄγειν, ἰέναι προτέρω), Dian. 72 de tempore positum est, ut sit *maturius, antea,* quemadmodum πρότερον usurpatum est [4]).

Σμαραγεῖν, ab Homero de mari dictum, de fluviis, de tonitru, de ceteris rebus, quaecumque strepitum efficiunt, Del. 136 minus usitate ad Martem refertur. Σπειροῦν apud Hippocr. dicitur de situ et flexibus venarum; Jov. 33. Del. 6 de infanti incunabulis colligando, de qua re propria erant σπαργανοῦν et σπαργανίζειν.

Τομός Del. 94 ad ingenii acumen translatum est: ἀλλ' ἔμπης ἐρέω τι τομώτερον ἢ ἀπὸ δάφνης, fere ut δριμύς, ἐναργής.

Ὑφαίνειν Ap. 56 habet aedificandi significationem: ὑφ. θεμείλια [5]).

Φατίζειν, quod est fere *dicere, narrare,* Jov. 39 *appellandi* vim habet, ut apud Apollon. quoque et Oppian. Φθινοπωρίδα (Fr. 50) τὴν κολυμβάδα λέγει Suid. Φυταλιά ab Homero dicitur ὁ κῆπος, qui arvi fere contrarius est; Lav. 26 pro *planta* et *oliva* quidem positum est.

Χρέος Dian. 100 pro χρῆμα insolentius est in hac formula: ἔλαφος, μέγα τι χρέος, *cerva ingenti magnitudine* [6]).

---

care potuit, venaticos canes, ut prompti ad currendum sint, minime oportere obesos esse omnino.

2) Vulgata lectio ante Arnald. erat πλήσσωσιν (sc. χορὸν ποσίν) usu non minus exquisito. Deponens semel habet Hom. Od. 6, 318 πλίσσοντο πόδεσσιν de mulis currentibus.

3) Cfr. Dian. 132, ubi πολυχρόνιόν τι φέρειν significare videtur *aetate provectum esse.*

4) Temporis significationem habet apud Ap. Rh. 2, 864, ubi est *diutius.*

5) Imitatus est Nonn., ut monuit Naek. op. I, 225, hunc usum, cujus reperitur vestigium ap. Aesch. Prom. 448 πλινθυφεῖς δόμοι. Hoc loco opportunum videtur alia duo verba observare, quae in eundem usum cum aliqua audacia transtulit Callimachus: πλέκειν βωμόν Ap. 60 et ἐγείρειν θεμείλια ib 63.

6) Cfr. Herod. I, 36. Xen. Cyr. 1, 48. Theocr. 18, 4. Vig. idiot. p. 157. Similiter μέγα ἔργον Il. 5, 303.

IV.

Postquam hactenus disputavi, ut potui, de iis rebus, quae aut in universo dicendi genere aut in usu verborum maximum ad elocutionem Callimachi illustrandam momentum habere visa sunt, priusquam ad ea transimus quae ad grammaticorum potissimum pertinent artem, in dialecto, qua usus sit Callimachus, examinanda aliquantulum commoremur. Et hanc nimirum quaestionem in Alexandrino praesertim poëta existimando haud minimi esse momenti facile conçesserit quicumque cum aliqua prudentia in his scriptoribus legendis operam collocavit. Neque in tanta Graeci sermonis varietate inutile erit quaesivisse e posterioribus illis numquis cum constanti quadam ratione versatus sit an licentiae et audaciae vel in hoc genere jure subeat crimen. Etenim ut amissa Graecarum civitatum libertate evanescere post Alexandrum incepit discrepantia illa, quae inter singulas dialectos servata erat, tamen ea fere usus constituta ratio est, ut inter omnes, qui quidem huic proxima aetate exstiterunt, solutae orationis scriptores communis quodammodo vigeret Atticorum dialectus (licet plurima e reliquis immixta essent isti, ut Lobeckii verbis utar, "omnium dialectorum communi diversorio"); poëtae autem ad eam maxime sese applicarent dialectum, quae cujusque esset poëseos generis sermo patrius ac proprius: ut videmus in genere epico Apollonium Homeri sermonem diligenter imitatum esse. Et Homerum quidem, ut qui maxime et antiquitus in ore omnium vigeret et postmodo in manibus grammaticorum ac poëtarum versaretur, plurima suppeditavisse ad poëticum sermonem conformandum et locupletandum, quum vel conjectando ponere licet, tum ex ipso Callimacho aperte patet. Qui quidem, quum duo, ut nunc judicare licet, carmina dialecto Dorica scripsit, hymnum in Cererem et elegiam in lavacrum Minervae, in ceteris qui exstant hymnis et elegiarum libris et in epigrammatis plerisque et in Hecale ad Homeri fere sermonem sese applicavit potissimum, immixtis tamen multis e reliquarum dialectorum varietate aut formis aut verbis integris. Quo ipso in genere triplicem fere observandam puto rationem. Primum enim ipsi grammatici magnum in eo posuerunt

studium, ut quaererent unde quaeque sumpsisset Homerus verba et formas: cujus sermonem quum e variis conflatum existimarent dialectorum elementis, vel imitationis causa poëtas Alexandrinos ipsorum undique assumpsisse sermoni copiam illam et varietatem verisimile videtur; deinde vero illis ipsis poëtis minus fuisse haec aut Attica aut Dorica aut Ionica aut Aeolica videntur quam poëtica omnino, quae ex absoluto jam et parato sermone, quasi e supellectile quadam larga et in medio posita, ad orationem exornandam sumere possent; denique id nonnumquam egisse cum aliqua accuratione videtur Callimachus, ut in fabulis aut moribus populi cujusdam adumbrandis ad proprium hujus populi sermonem confugeret. Quae quum ita sint, primum quaerendum est quae carminibus Homerico sermone scriptis aliunde immiscuerit Callimachus: deinde in Dorismo qualia imprimis secutus sit consilia: denique nonnulla adumbranda sunt, quae, quum dialecti cujusdam prae se ferant speciem, tum veterum auctoritate destituta analogia quadam efficta videantur.

A. Primum igitur in iis carminibus, ubi *Homeri* potissimum dialectum imitatus est, non eadem semper ratione ductum fuisse Callimachum documenta erunt non pauca, quae Atticorum, Doriensium, Ionum, Aeolum propria, et vero singula e linguis barbaris vel minus excultis sumpta, aut verba aut formas inter Homerica inseruit.

1. Et *Atticorum* quidem e sermone haec deprompta sunt. Ἤμελλεν Del. 58. Fr. 212, ex auctoritate Hesiodi dictum ib. 478. Ἔδεσμα Dian. 148 certe primos auctores videtur Atticos habuisse. Μεσσόγεως Dian. 37 [7]). Ἑῷος Fragm. 52. Substantivi ναῦς est genit. νεώς Fr. 110 et accus. ναῦν Ep. 19, 2. Ἀχεροντείας ibid., quamquam nondum omni ex parte certum est: vid. Naek. Hec. p. 214. Μύκημα Del. 310 (sed in fabula Thesei), pro quo habet Hom. μυκηθμόν. Ὅρπηξ Ap. 1 pro ὅρπηξ, et ib. 7 μακράν. Ἑστήξειν ib. 15 futur. ex ἕστηκα formatum (cfr. grammaticum Crameri I. 374, 20 sq.). Δωδεκέτης Ep. 20, 1. Neque absimile est Εἰνέτης, quod Dian. 14 et 43 pro εἰναετής,

7) Vid. Lob. Phryn. p. 298. Ad Atticismum nescio an referenda sint μεσόγεια Del. 168 et βαθύγειος Ap. 64.

a Callimacho fortasse solo usurpatum, Ionicam simul et Atticam exhibet formam: nam praeterquam quod prima syllaba producta est, ᾱ syncopatum praeceptis antiqui Atticismi convenit [8]). Verbi αἰνεῖν aoristum Atticum habet Del. 6 et Ep. 27, 3 (ᾔνεσα et ἐπῄνεσα); reliquis locis formam epicam habet, sicut futur. αἰνήσειν Del. 189. Forma activa verbi ἔχθειν (Del. 8. Ep. 55, 1. Fr. 118, 2) e tragicis fere sumpsisse videtur Callimachus. Φιλαίτερος Del. 58 comparativi forma Atticorum est, quamquam vel apud illos exquisitior [9]). Κόρη legitur Del. 67 et Ep. 56. praeterea ubique est κούρη. Similiter in usu vocabuli quod est μόνος attice, apud Homerum vero et reliquos epici generis scriptores μοῦνος (quae forma servatur etiam in iis quae inde sunt aut deflexa aut composita), varietatem quandam praebet Callim., siquidem μόνος legitur Del. 131 sq. Ap. 29. Dian. 35. Fr. 21; quibus exemplis accedunt μόνιον δάκος Dian 84 et μονωπός Fr. 76. Neque multum differt ab his ξένος in aetiorum fr. 27 (et bis in epigrammatis), φιλοξενίη [10]) fr. 41. Ἄλως fragm. Hecales 51

8) Cfr. Lobeck. path. I, 228. Phryn. p. 406. Blomf. autem e conjectura Ruhnkenii posuit οἰετέας. Cfr. quae sunt apud Platonem δεκέτης, ἑπτέτης et Hom. h. Merc. 242, si sanus est locus, εἰνέτεον χέλυν.

9) Vid. Krüger. gramm. I. pag. 69.

10) Quod ad hunc locum retuli verba μόνος, ξένος, φιλόξενος, id non ita factum est, quasi putaverim apud nullos nisi Atticos scriptores haec reperiri: nam ne unum quidem eorum Pindaro est omnino alienum. Sed quum ab Homeri consuetudine abhorreant, tum ad eam potissimum referenda visa sunt dialectum, ubi per usus constantiam suum quoddam domicilium habeant. Quibus subjungere velim adverbii formam ἀεί, quae quamquam neque Pindaro neque Homero plane aliena (Il. μ, 211, ψ, 648) tamen Attica praecipue est et in parvo hoc volumine Callimachi sexies decies posita exstat idque post tertium trochaeum tribus exceptis locis: Jov. 8, Del. 26, Fr. 141. Cfr. Naek. Hec. p. 96. Neque praetermittendum hoc loco videtur, ut ad dialectus proprietatem non pertineat, *pronomen relativum* cum particula γέ junctum (ὅς γε, ἥ γε, ὅ γε) Fr. 110, quod quum Homero plane inusitatum sit (nam quo nititur loco Il. ε, 303 Hartung. de partic. I, 408, ibi nunc legitur ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν), tum si non Atticorum est proprium, tamen iis praecipue frequens. Contra αὖτις, quae est unica Homeri et Ionum et Doriensium forma, ex observatione Naekii (Hec. p. 141) Callimacho restituendum est ubicumque vulgo legebatur αὖθις Attice. Quod per mihi mirum videtur Blomf. ipsum adeo

pro ἀλωή, sed ita tamen, ut accusativi forma ἄλωα non contracta sit.

2. *Doridis* autem epico sermoni immixtae haec habeo exempla: Genitivi Ἐχέμμα Ep. 72 et Ἀρίμνα Ep. 14, recte quum de hominibus Doricae gentis agatur. Χαρίλας Ep. 14 (vir Cyrenaeus erat) pro Χαρίλαος. Ejusdemmodi sunt genitivi ἀσκάντα Fr. 237 et ἀράχνα Fr. 304 [11]). Βωνίτης Fr. 157, non βουνίτην (a βουνός), quod epitheton erat Panis, sed βουκόλον significat: vid. Naek. Hec. p. 145. Ἠνίδε Del. 132, Epigr. 1, 8, Fr. 70, 3 et Theocrit. plus semel [12]). Ἡδίσταν Ep. 17, 3 festiva significatione, ut videtur, nominis Κρηθίδος. Διδυματόκος Ap. 53 [13]). Τεθμός Fr. 105, τέθμιος Ap. 87. Fr. 110 et substantive τέθμιον Dian. 174 (cfr. Cer. 19) vere Pindarica sunt [14]). Ὀκχῇ Fr. 484 et ὤκχησεν Jov. 23, quod Pindaricum est. Ejusdem auctoritate positum videtur Del. 20 ὀνοτός sine σ (quod est Homero ὀνοστός, adjectivum verbale ab ὄνομαι): cfr. Pind. I. 3, 68 Boeckh. Μαστός, quae est forma Pindarica simul et Attica, ideoque Cer. 95 locum habet suum, legitur etiam Del. 48. De Dorico verbo λῶ (*volo*, λῇς Dian. 19) testimonia collecta sunt apud Ahrens. de dial. Dor. p. 347 sq. Πρώξ pro δρόσος Ap. 40 [15]). Τίν pro σοί legitur Dian. 90 et Epigr. 34 et 35. Inter Doricas formas numerandae hae quoque sunt: Βιοπλανές (nom. plur.)

---

neglexisse, ut in indice suo locos fere omnes verborum αὖθις, αὖτις, αὖθι confuderit. Cfr. Ammon. diff. p. 27. Ceterum constat in ipso Homero de illa forma dissentire codd., et ab Aristarcho illatum aut servatum αὖθις aliaque Attica (cfr. Plut. vit. et poës. Homeri *B*. 2. Lange in Philol. IV, 715). Ut αὖτις, ita Dian. 242 λίγειαι, quae est apud Homerum accentus ratio, Callimacho restituendum putaverim.

11) Haec duo e Toupii et Ruhnkenii sententia leguntur.

12) Cfr. Theocr. 1, 147, ubi schol. Δωρικὴ ἡ λέξις. Epigr. 44, 3 pro ἠνίδ' Schneid. Philol. IV, 562 ἠνίκ' videtur felici conjectura restituisse.

13) Vid. Lob. ad Phryn. p. 660 sq. Schol. Theocr. 5, 84.

14) De reliquis, qui hoc verbum mutuati sunt, scriptoribus vid. Naek. Hec. p. 214. Huic fere conferendum putaverim δυθμή Fr. 465. Cer. 10, cujus singularis certe formae unicum hoc exemplum exstat.

15) Vid. schol. Theocr. 4, 16 et Dübneri adnot. Doricum hoc verbum vocavi ex auctoritate Gregorii p. 274.

in fragm. apud Bekk. A. G. p. 1253 (οὔτε βιοπλανὲς ἀγρὸν ἀπ' ἀγροῦ φοιτῶσιν); *Μαλόεις* nomen Apollinis pro *Μαλόεις*, v. Bekk. ib. p. 1187; *Δρομέοι* pro δρομεῦσι Fr. 498, cfr. Bekk. p. 1185[16]).

3. Tum *recentioris Ionismi* usum haec indicant exempla. *Κοεῖν* pro νοεῖν Fr. 53. Ep. 43, 5 (ex emendatione Piers.) *Κοτέ* Fr. 93 (in choliambo) et Dian. 238 (vulg.); ὅκως Ep. 51, 2; ὅκου Fr. 85 (in chol.); κού, κοῖα, κῶς (in epigr.) fr. 70; ὀκκόσον Fr. 451 e conjectura Naekii Hec. p. 156. *Ἄεισμα* (Herod. 2, 79) Ep. 28, 1. Fr. 287. *Διοκλέος* gen. a nom. *Διοκλῆς* Ep. 30, 1, quamquam haec Doriensium quoque consuetudo est. *Νωσάμενος* fragm. 345 et Jov. 87 τά κεν ἠοῖ νώσῃ e conjectura Tan. Fabri, quam defendit Bentl.. Jov. 80 *λάξιν*, quod Herodoteum est (4, 21), an *λᾶξιν*, quasi e Dorici sermonis analogia formatum, legendum sit codicum auctoritate non satis apparet: hoc enim plerique quidem habent, sed Ambros. et Paris. (v. Schneid. Philol. VI, 512) illud potius suadent. *Καλιστρεῖν* Dian. 67 (Cer. 98) forma extensa pro καλεῖν[17]). *Δέκεσθαι*, quod ex Arnaldi correctione pro τεκέσθαι edidit Ernest. Del. 111; sed nondum pro certo accipi potest. *Ῥυσμός* Ep. 44, 5 pro ῥυθμός[18]). *Φοιτεῦσιν* (praes. 3 plur.) legendum esse in Fr. Bekk. p. 1253 nuper exscripto credibile fecit Naek. Hec. p. 109[19]). *Γέγειος* pro ἀρχαῖος Fr. 103 et 252 (ex praeclara emendatione Bentleii) huc referendum videtur, siquidem Hecataeus Milesius est is qui commemoratur E. M. p. 203[20]). Nomina verbalia in -τῦς, quamquam Ionicorum scriptorum non sunt propria, tamen Ionica appellari solent post Eustath. (ad Il. τ, p. 1180): hujusmodi sunt apud Callimachum haec: *μαστύς*, *ἀλητύς* Fr. 277; *ἁρπακτύς*

---

16) De hac igitur forma vix erat cur dubitaret Rost. gramm. p. 398. Cfr. Krüger. gramm. II. p. 41. De his tribus praeterea vid. Ahrens. dial. Dor. p. 174 et 237.

17) Ionicam formam esse auctorem habeo Harpocr. *Ἐκαλίστρουν*, *Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου, εἰ γνήσιος. Ἰακὸν δ' ἐστί, καὶ τάχ' ἂν εἴη Δείναρχος· καὶ οὗτος γὰρ ξενικοῖς ὀνόμασι χρῆται.*

18) Vid. Archiloch. fragm. 68, 7. Anacr. fr. 74 (*Bgk.* Anth. lyr.)

19) Vid. Krüger. gramm. Tom. II. p. 88.

20) Vid *Müller*. Hecat. fr. (Did.) pag. 30.

Ap. 95; ἀσπαστύς Fr. 427; ἀφραστύς Fr. 489 (si verba Callimachi sunt); γελαστύς Del. 324; διωκτύς Dian. 194; quibus addi potest τριττύς Fr. 403 [21]). Eadem fere ratio videtur esse nominum in ηϊος et ηϊον. Certe Herodotea sunt πορθμήϊον Fr. 110 (quamquam alio, ut jam monui, sensu dictum), σημήϊον Dian. 219 (πρυτανήϊον Cer. 129): quibus simillimum est νυμφήϊον Del. 118 substantive dictum, ut νυμφεῖον apud Soph. saepe est θάλαμος. Βοηθός Dian. 153 forma non magis Herodotea est quam Attica.

4. Deinde ex *Aeolum* dialecto Homericum sermonem locupletavisse Callimachum haec ostendere videntur. Σάμβαλον in Fr. apud schol. Il. 16, 235 jam p. 41 commemorato [22]). Ὕδος Fr. 466, vid. Naek. p. 170 [23]). Ὀφέλσιμος Ap. 93, vid. Eustath. ad Od. 1472, 33. Χέλυς Ap. 16 (Sapph. fragm. 45 Bgk., v. Ahrens. dial. Aeol. p. 98). Ἔσση Dian. 39 ut huc referam suadet Ahrens. ib. p. 65. Ἔλλατε (i. e. ἵλατε) Fr. 121 ex elegantissima correctione Naekii [24]) pro eo quod habet schol. Pind.

21) Sunt autem ejusmodi satis multa apud Homerum neque Atticis eadem plane incognita esse ostendit Herm. ad Soph. Philoct. 43 prolato e Plat. legg. σωφρονιστύς. Ad Aeoles id genus retulit schol. Il. 2, 600: κιθαριστὺν . . . ὁ σχηματισμὸς τῆς λέξεως Αἰολικὸς ὁμοίως τῷ ὀρχηστύν. Quod vero iis formis delectari Callimachum dicunt Ruhnk. et Blomf., si contuleris quod dicitur κιθαρισμός Del. 312, ubi poterat ex Homeri auctoritate scribi κιθαριστύς, ea fortasse non audacior videbitur conjectura, talia verba quaesivisse Callimachum, si exquisitius quid haberent, respuisse, si auctoritate magis essent confirmata. Ceterum videndus est Lobeck. paral. p. 439 sq., ubi in genera sua descripta sunt.

22) Vid. Sapph. Fr. 98 (*Bgk.* anth. lyr.). Eumel. in fragmento ᾄσματος προσοδίου op. Paus. IV, 33. Nonn. saepissime habet ἀσάμβαλος. Cfr. Ahrens. dial. Aeol. p. 42.

23) Tzetz. ad Hes. op. 61: τὸ κῶας καὶ τὸ ὕδας καὶ τὰ ὅμοια τὰ εἰς ας Αἰολικῶς μετατρέποντα εἰς ος. Nominativi vero formam fortasse solus habet Callim. Cfr. Bekk. An. p. 1209.

24) Hec. p. 168. Vid. testes ab eo provocatos Et. G. p. 566, 32 et Choerob. Cram. p. 275 et 224, 16. Ceterum conferendus est Ahrens. dial. Aeol. pagg. 28 et 58. Ad similem Aeolismi normam revocandum videtur Κραννῶνος urbis Thessalae nomen ubicumque apud Callimachum reperitur: certe Cer. 76 codd. nonnulli νν exhibent. Vid. Ahrens. ib. p. 220.

ἐλλᾶτε. Praeterea ad hanc rem aliquid facere videtur quod particulae μέσφα, quam semel habet Hom., quamque αἰολικήν vocat schol. Opp. hal. 1, 754, frequens et varius est apud Callimachum usus.

5. Denique singula enumerentur, quae aut ad varias et parum excultas literis dialectos pertinent aut ne Graeca quidem sunt. Ut e *Laconico* sermone haec duo observavi: εἴρην *juvenis* Fr. 497 (v. Naek. Hec. p. 171) et φίν pro σφίν Dian. 125. 213 [25]). — *Cyprica* sunt πρύλις [26]) Jov. 52. Dian. 240; γράειν Fr. 200 pro ἐσθίειν (Hesych. γρά, φάγε, Κύπριοι). *Siculorum* propria fuisse traduntur ζάγκλον Fr. 172 pro δρέπανον [27]) et σῦφαρ pro δέρμα Fr. 49 [28]). E *Sicyonio* sermone depromptum videtur πολύστιος sive πολύστειος Jov. 26 [29]). *Macedonum* est ἄππα Dian. 6, quod a scriptoribus fere inusitatum videtur [30]). Incertam autem dialectorum suspicionem haec habent: ἔλλερα Fr. 434, quod Callim. fortasse solus usurpavit [31]), et ἔλλετε Fr. 292 pro

25) Cfr. Fr. 183, quamquam Bentleii emendationi ibi repugnat Blomf. Nicand. th. 725 et bis Fr. 6 eandem formam habet. Vid. Sylburg. ad E. M. 702, 43.

26) Auctor mihi est Aristot. apud schol. Pind. P. 2, 127 (Boeckh.). De hac voce et ea quae cognata videtur, πρυλής, quamque *Gortyniorum* sive *Cretensium* esse dicit Eust. ad Il. 12, p. 893, vid. Doederl. gloss. Hom. § 446. Herm. op. IV, p. 290.

27) Vid. Tzetz. ad Lycophr. 762 et 869. Thucyd. VI. 4, 5.

28) De auctoritate hujus vocabuli cfr. Ahrens. dial. Dor. p. 389; de accentu Lobeck. paral. p. 206 et Nauck. Arist. p. 98.

29) Schol. Ap. Rh. 2, 1170: στῖαι, αἱ ψῆφοι παρὰ Σικυωνίοις καλοῦνται. Vid. Nic. al. 466, ther. 950, cujus loci schol. καὶ διὰ τοῦ ἰῶτα γράφεται.

30) Vid. Et. m. p. 167, 33. Nauck. Arist. Byz. p. 155.

31) Eust. ad Il. 6, 181: ἔλλερα γάρ φασι κατὰ διάλεκτον τὰ κακά. Ἔλλερα *(res angustae)* habet quidem aliquam Aeolicae dialecti speciem, si a verbo εἰλέω formatum fuerit adjectivum εἰλερός, cujus Aeolica forma ἔλλερος et accentu retracto commendatur et eo, quod ἀπέλλειν Aeolice dictum fuisse pro ἀπείλειν traditum est (vid. Ahrens. dial. Aeol. p. 58 et auctores ab eo prolatos). Sed certum nihil elici potest, quum neque de retracto apud Aeoles accentu adjectivorum in ρος cognitum sit, nisi duorum huic parum similium, σκῆρος et ἶρος (cfr. Ahr. ib. p. 14); neque omnino de adjectivo εἰλερός liqueat.

ἔῤῥετε[32]). — Verum ne pure quidem et Graece semper locutum esse Callimachum eo apparet quod *verba nonnulla barbara* Graecis immiscuit, cujusmodi sunt haec: *βάκαλ* plur. *βάκαλες* Fr. apud Bekk. Anecd. p. 1174 (*τέκνα σοῖ μὲν βάκαλες*), cfr. Lobeck. paral. p. 70. *Δανάκης* Fr. 110, de quo vide Naek. Hec. p. 216 sq. *Ἐσσήν* pro *βασιλεύς* Jov. 66 et Fr. Herodian. *περὶ μον. λέξ.* (*Μυρμιδόνων ἐσσῆνα*). Videas quae de vocis hujus origine congesta sunt a Dind. in thes. Steph.

B. *Dorismum* autem Callimachi ex iis potissimum carminibus, quae in Cererem et in lavacrum Minervae scripsit, esse exstimandum jam diximus. Cujus ut adumbrarem formam quandam et speciem id maxime agendum mihi putavi, ut quum duobus fere Dorici sermonis scriptoribus, quorum uterque sui Dorismi princeps existimari solet auctor, Callimachum conferrem, Pindaro et Theocrito, tum quaererem utrum cum hoc an illo plures ei essent dialecti proprietates communes. Hac autem quaestione quum invenissem Callimachi dialectum cum Theocriteo Dorismo tantam habere cognationem, vix ut commemoratione digna viderentur quae paucissima ad propriam Pindari consuetudinem accederent, relictis his Theocritea quaecumque reperii animadverti et in uno quasi conspectu ad conferendum exposui ita, ut ea quoque observarem quae a communi illa utriusque consuetudine recederent. Nam etsi in Callimacho ejusmodi fere praedicare licet hyperdorismum, cujus Theocritum imprimis auctorem docti appellaverunt, tamen ne in hujus quidem sermonis colore servando valde constans sibique ipsi similis est. Verum ut in Ionicis carminibus jam observavimus, ita Doricae dialecto non pauca aliunde sumpta immiscuit: ex quibus quae singulorum scriptorum aut dialectorum propria sunt observabo.

1. Primum igitur quod dixi pleraque Callimacho cum Theocrito esse communia ex his apparet. In forma *ἁβατάς* primum

32) Eust. ad Il. 9, 658: *ὡς δὲ τὸ πληθυντικὸν τοῦ ἔῤῥε προστακτικοῦ, τὸ ἔῤῥετε, διὰ δύο λ γλῶσσά τίς φησι Καλλίμαχος δηλοῖ.* Ex Et. m. p. 331, 32 (*ἔλλερα — ὀλλύρα τινὰ ὄντα, ὀλλύντα καὶ ἔῤῥειν ποιοῦντα*) Naek. Hec. p. 167 conjecit cognata esse et inter se *ἔῤῥετε*, *ἔλλετε*, *ἔλλερα* et verbo *ὄλλυμι*.

$\bar{\alpha}$, quod a Pindaro abhorret, ad Theocriti usum referri potest: v. Ahrens. dial. Dor. p. 151. De genitivo Ζανός Fr. 114, Theocr. 7, 93 (acc. Ζᾶνα Fr. 86, in choliambo) cfr. Ahrens. ibid. p. 139. Tamen $\bar{\alpha}$ Doricum vel ubi adhiberi poterat nonnumquam neglectum est: ut Ἀμυμώνη Lav. 48, ἠρνήσατο Cer. 75. Diphthongus $\overline{ου}$ *in exitu casuum secundae declinationis* semper fere in $\bar{\omega}$ mutatur: ut τῶ καλάθω Cer. init., ὠκεανῶ Lav. 10. μεγάλως, ἀλαβάστρως ib. 5, 13, 15, ἵππω ib. 71; qua in re dolendum est parum constantem esse codicum scripturam, ut Lav. 64 legitur ἵππως non sine varietate. Sed tamen certum unum vel alterum diphthongi servati reperitur exemplum: Cer. 4 τοῦ τέγεος, ib. 82 Πίνδου [33]). Neque minus ab usu Pindari recedit $\bar{\omega}$ in his verbis: κῶρος, κώρα [34]) Lav. 27, 85, 138, Cer. 9; μῶνος, forma Theocritea, quae simul et μόνος sive μοῦνος (utrumque habet Pind.) promiscue sunt apud Callim. [35]); ὦρος Cer. 52; δῶλαι ib. 95, Lav. 47; βῶς Cer. 109. De Dorica auctoritate ejus quod est Cer. 33 βωλά pro βουλά, titulis Creticis nixà, vid. Ahrens. dial. Dor. p. 160. — Εἴκατι pro εἴκοσι Cer. 70; Πρᾶτος pro πρῶτος Lav. 9, Cer. 20, 40. — Ἐμίν pro ἐμοί Cer. 116, Fr. 114. Τεοῦ 98 et τεῦ Lav. 120 pro σοῦ. Τῆνος pro κεῖνος saepissime. — In verborum flexione haec fere Callimacho cum Theocrito conveniunt: *Futura* activi et medii in $\overline{σῶ}$, $\overline{σοῦμαι}$ (sive $\overline{σεῦμαι}$) etc. fere semper exeunt, praeterquam quod Lav. 50, ubi ἡξεῖ tacite restituerunt nonnulli, incerta lectio est [36]): ceterum hic

33) Contra *accusat. pluralis secundae declin.* in $\overline{ος}$, quem vix dubium est quin e codicum vestigiis recte Ruhnk. restituerit Callimacho (Cer. 36 ἄρκιος), Theocriteus imprimis est ille quidem, quamquam legitur jam ap. Hesiod. sc. 302 ὠκύποδας λαγός, sed Pindaro non alienus omnino. Vid. schol. Theocr. 5, 84. Boeckh. de metr. Pind. p. 294: unde corrigenda sunt grammaticorum de hac forma praecepta (cfr. Rost. p. 377, Thiersch. p. 418).

34) Neglecti hujus dorismi exemplum est Κουραλίῳ Lav. 62 pro Κωραλίῳ, qua forma utitur Alcaeus ap. Strab. IX p. 411 (Fr. 9 *Bgk.* Anth.)

35) Cfr. Valcken. in epist. Titm. pag. 54.

36) Utcumque est, forma ἥκειν a Doride et Homeri sermone aliena observanda est: vid. Ahrens. dial. Dor. p. 344 et Philol. VII, 419. Boeckh. not. cr. in Pind. Ol. IV, 11. pag. 369.

usus neglectus est Lav. 111, ubi legitur ἔσσεται, et Cer. 77 ἀπαιτήσων (cfr. Ahr. dial. Dor. p. 287). *Primae pers. plural. terminatio activa* est μες pro μεν (Ahr. ibid. p. 291). *Infinitivus activi* saepius exitum habet εν pro ειν: qui quidem usus quam pateat latissime docet Ahrens. ib. p. 303; cfr. Krüg. II, p. 84. Rost. de dial. § 62; Pindaro si non omnino alienus, tamen rarissimus est, v. Boeckh. de metr. Pind. p. 293. Verbi εἶναι Theocriteae formae apud Callimachum hae reperiuntur: εὖσα[37]) pro οὖσα Lav. 69 et ἦς pro ἦν (3 pers. sing.) Cer. 38, Lav. 78 (sed in conjectura positum). His accedunt singulae nonnullae ad sermonem Theocriti pertinentes verborum formae: ut ἦνθον pro ἦλθον Lav. 8, Cer. 74; πόκα, ὄκα et quae sunt similia[38]) pro πότε, ὅτε Lav. 57; ἔνδοι (nonnulli ἐνδοῖ scribendum censent) Cer. 76. Theocr. 15, 1: Doricum sit an Aeolicum inter grammaticos disceptatur (vid. Ahrens. dial. Aeol. p. 154, dial. Dor. p. 365); περκάσδειν pro περκάζειν Lav. 76, sed cum varietate lectionis, Theocriteum simul et Aeolicum est; μικκός Cer. 110, Fr. 179 pro μικρός[39]); δεδοίκω Ep. 48, 9. Theocr. 15, 58.

2. Verum ne Doricam quidem dialectum, ut jam monuimus, puram ab alienis formis et verbis servavit Callimachus: quo in genere videtur eo similitudinem Pindari non parvam habere, quod, quum e variis dialectis copiam quandam Doridi ascivit, tum a nemine plura quam ab Homero mutuatus est. Verum hoc loco satis habeatur exposuisse quae in illa similitudine cernatur discrepantia: quare in iis enumerandis, quae aut ex epica aut ex aliis dialectis sumpta in his ipsis carminibus reperiuntur, nihil aliud spectabimus quam si quid fuit a Pindaro aut ab universa fere

37) Pro hac forma contracta Pind. dicit ἔοισα P. 4, 265, Fr. 206: cui omnino rarior aliquanto est in verbis haec contractio (cfr. πνεῦν P. 4, 225, καλεῦνται fr. 98), Theocrito autem et Callimacho frequentissima.

38) Ex his solum τόκα habet Pindarus.

39) De accentu dissentiunt grammatici: nam μίκκος habent Etym. et Suid., μικκός autem auctor epimer. Hom. (Cram. I. 263, ubi praeterea legitur δίδωσι θεός) et Eustath., qui Aeolicam vocat formam more grammaticorum, qui ad Aeoles fere omnia referre solent quaecumque literam duplicem habent: vid. Ahrens. dial. Aeol. p. 68. Ad Iones refertur ab aliis: vid. Ahrens. dial. Dor. p. 104.

antiqua Doride alienum. *Homerica* igitur haec sunt: *Τρειόπεω* Cer. 24, cujusmodi contractio ne Pindarus quidem admisit; *ἰδρῶ* Lav. 11 pro *ἱδρῶτα*; *τεΐν* pro *σοί* ib. 37; *οὔνομα* Lav. 42 (apud Pind. autem neque hoc neque *ὄνυμα* umquam legitur, sed semper *ὄνυμα*, v. Boeckh. de metr. Pind. p. 294); *πουλύ* ib. 58 et *πουλυμέδιμνος* Cer. 2, 119; *φίλατο* Lav. 58; *ἴδες* Cer. 12 imperf. (tamen praesentis formam habet Pind. fr. 150); *γέντο* pro *ἕλετο* Cer. 44; *θυμαρής* ib. 56, de qua forma pag. 35 dictum est; *πολεμήϊος* ib. 109. Homerica certe est imperativi forma *οἶσε* Cer. 136 et *οἴσετε* Lav. 17 (cfr. ib. 31, 48), sed Atticis quoque usitata (v. Krüg. Gr. I. § 40): Fr. 110 recte se habet infin. *οἰσέμεν*. Similiter aor. 1 *διαθρέξασα* Lav. 23 Homero cum Atticis communis est, cujus praeterea rarior est usus (Paul. Sil. in Anthol. Jac. ep. 37, 3. *διαθρέξωμεν*). — E *Ionica* dialecto haec agnoscuntur: *ὀκκόσον* Cer. 31 (iterum Fr. 451 ex emendatione Naekii Hec. p. 156, cfr. sched. Ruhnk. in ep. Tittm. p. 116); *καλιστρεῖν* Cer. 98; *πρυτανήϊον* ib. 129, de quibus vid. cap. IV, *A.*, 3. Herodotea simul et Attica haec sunt: *πολιοῦχος* Lav. 58 pro *πολιάοχος* (Pind. Ol. 5. 22, ut saepius *γαιάοχος*, quod in *πολιᾶχος* contrahi posse docet Ahrens. dial. Dor. p. 568); *δένδρεσι* Cer. 27, quamquam apud Hom. et Hesiod. et Pind. semper legitur *δένδρεον*. — Ex *Atticorum* dialecto haec sumpta sunt: *σοῦσθε* Lav. 4 (Aesch. sept. 31, suppl. 816, 822): de Dorica forma *σῶσθαι* vid. Ahrens. dial. Dor. p. 204, 352; *ἠπιστάμην* Cer. 112; *ἡμιθνῆτες* ib. 60. — *Aeolica* sunt *κῆνος* Cer. 137 et *ἐμμί* Fr. 117 (de utroque vid. Ahrens. dial. Aeol. p. 90 et 51). — A *Boeotis* ascivit *σίβδα* Lav. 28, sed ibi apte omnino[40]).

C. Denique restant nonnulla, quae, quum apud nullum quidem scriptorem reperiantur sed suae quaeque dialecti quasi formam et speciem praebeant, imitatione quodam modo effinxisse ad analogiam dialectorum Callimachus videtur. Cognovimus de hac re judicium Ahrensii (dial. Dor. p. 25): "cautius etiam in Callimacho et

40) Schol. Nic. ther. 887: *Ἐν Ὀρχομενῷ φησι Θεόφραστος ῥίζαν φύεσθαι φυτόν τι ἐν τῷ ὕδατι λεγόμενον σίδην τηλίκον ὅσον μήκων, ἔχει δὲ κόκκους ἐρυθροὺς ὁμοίους ῥοιᾶς, στρογγυλοτέρους δέ.* Cfr. Theophr. h. pl. IV, 10. 1 sq.

aliis poëtis recentioribus versandum est, ubi accedit suspicio, ne qua secundum Doridis analogiam male finxerint": quibus verbis nihil verius dici potest, modo ad aliarum quoque dialectorum formas referantur. Iam quae hujus insolentiae proferenda sunt exempla ejusmodi sunt, ut aut latius perduxerit dialectorum singularum proprietates, quam in testatioribus earum documentis reperire nunc licet, aut in dialecti alicujus flexiones verba huic dialecto aliena transformaverit. Verum ad suae quaeque dialecti analogiam potissimum referre placet. *Aeolum* igitur ad normam haec reperii flexa: substantivum αὐταγρεσία Fr. 120 (ἐξ αὐτ. pro αὐτόματος, αὐθαίρετος) e forma Aeolica αὐτάγρετος[41]) effluxit, quamquam nulla nunc quidem exstat substantivi forma αὐθαιρεσία. Perfecta πεπλήγοντες Jov. 53 et τετύποντες Dian. 61 accentum Aeolice retractum habent et praesentis significationem ad similitudinem illius quod ante Aristarchum fuit apud Hom. κεκλήγοντες Il. μ 125, ρ 756[42]). De voce ἔλλερα conjecturam paulo ante proposui. — Ad *Ionicae* dialecti similitudinem haec facta sunt: Ἑρμείης Dian. 69, 143. Del. 272 et θεή Dian. 119, 152, Del. 231, Fr. 164 (reliquis locis legitur θεά) recentioribus propria sunt; ἀκταίη Er. 348 et γαληναίη Ep. 5 κατὰ παραγωγήν, ut fertur, facta substantive pro ἀκτή et γαλήνη ita usurpavit, ut tamen natura sua adjectiva videantur esse[43]); de πιπρήσκειν vid. cap. V. 2; δρῆστις forma feminina e Pindarico δράστης facta Ep. 42, 4. — *Doridis* analogiam haec habent: στᾶθος Lav. 88; μανῶν Ep. 62[44]); λῶντο, λῶοντο, λωτροχόος Lav. 72 sq., 1, 15, 134, a λόω et λοέω (cfr. Ahrens. dial. Dor. p. 568); ἡξεῖ Cer. 123 et fortasse Lav. 50 futur. Doricum in verbo, quod ne Doricum quidem est (cfr. not. 36); δυθμή Fr. 465 (unicum singularis numeri exemplum), δυθμαί Cer. 10 videtur aliquam analogiam exhibere ejus quod est τεθμός, de quo nuper dictum est, nisi utrumque ex Aeolico usu habuerit ortum (cfr. Ahrens. dial. Aeol. p. 73 sq. Theognost. Can. p. 111, 33. 112, 4); θεῦς, θεῦν formae contractae

41) Vid. Hom. Od. π 148, Ahrens. dial. Aeol. p. 25.

42) Vid. Thiersch. Gr. p. 344, Krüger. II, p. 126, Ahrens. dial. Aeol. pp. 16, 148. Quod igitur τετύποντες in lexico Passow. dicitur aoristi 2 formam esse, id parum analogia probatum putaverim.

Cer. 58, 180 Callimachi, ut videntur, propriae[45]); κλαῖδα Cer. 45 pro κλαΐδα a contracto κλαΐς (v. Ahrens dial. Dor. p. 140); ἅμαι Lav. 75 (ubi ἁμᾶ Brunck.), quod Doricum vocat Passow., num huc referendum sit confiteor testimoniis nondum perspectum mihi esse. — *Atticae* flexionis similitudinem habent ἀνηλεές Del. 106 (cfr. lexx. in ἀνελεής et Plat. leg. III, 697 D; Apollon. 4, 1047) pro eo quod est Homero Il. 9, 497 νηλεὲς ἦτορ[46]), et ἠληλούθειν[47]), mixta mirum sane in modum forma.

V.

Postremum ad ipsam grammaticam elocutionis Callimachi rationem si animum advertimus, nonnulla reperiuntur in quibus ab optimorum scriptorum consuetudine recessit.

---

43) Cfr. Lobeck. paral. pag. 302, 310; ubi vid. Homeri vocabula, quibus haec conferenda sunt.

44) Ahrensii auctoritate hoc posui, qui Theocr. 17, 127 pro μασί scripsit μησί. Cfr. dial. Dor. p. 153.

45) Tamen conferri potest Θεύδαμος, quod e nummo Cumaeo protulit Ahrens. dial. Aeol. p 103. Cfr. Et. m. 189, 30.

46) Vid. Epimer. I, p. 289 νῆστις παρὰ τό $\overline{\nu\eta}$ καὶ τὸ ἔστης· ἐκ τοῦ $\overline{\epsilon}$ ἡ σύνθεσις· οἱ δὲ Ἀττικοὶ τὸ $\overline{\alpha}$ προφέρουσιν ἄνηστις (emendatius Lobeck. path. I, 196). Similem Atticorum usum exhibent ἀνήνεμος, ἀνήκεστος. Cfr. Lob. Phryn. p. 710. Verum quaerenti quonam grammatico potissimum ductus consilio ita scripserit Callimachus neque quae sequuntur grammatici verba (καὶ ἤτοι ἡ ἀνά ἐστὶ στέρησις, ὡς ἐν τῷ ἀναιδής, ἢ πλεονασμῷ τοῦ $\overline{\alpha}$) satis praebent auxilii, neque simile est omnino adject. ἀνάγνωστος Fr. 422, quod pro ἄγνωστος positum traditur. At de hoc ipso verbo minus caute videtur ab Hartung. (de partic. II. p. 75) actum: qui quum similia fere Homeri et Hesiodi exempla mutaverit, tum unicum illud ἀνάγνωστος *prava imitatione* effictum dixit.

47) Gramm. Cram. IV, 416. 30 Ἰστέον ὅτι πᾶς παρακείμενος ἐνεργητικός τε καὶ μέσος κοινός τε καὶ Ἀττικὸς τρέπων τὸ $\overline{\alpha}$ εἰς $\overline{\epsilon\iota\nu}$ τὸν ὑπερσυντελικὸν ποιεῖ. δεῖ προσθεῖναι χωρὶς τῶν Ἀττικῶν, ταῦτα γὰρ ἀπὸ βραχείας ἀρχόμενα κατὰ τὸν παρακείμενον ἐν τῷ ὑπερσυντελικῷ χρονικῶς μεγεθύνονται· οἷον ἀλήλιφα, ἠληλίφειν . . . ὄλωλα, ὠλώλειν . . . πλὴν τοῦ ἐλήλυθα, ἐληλύθειν· καὶ ὁ ὑπερσυντελικὸς διὰ τοῦ $\overline{\epsilon}$. ὅθεν ἀναλογώτερόν φασι τὸ παρὰ Καλλιμάχῳ· ὅθεν ἠληλούθειν.

1. Primum igitur de iis literarum ac syllabarum affectionibus (πάθη, σχήματα, σχηματισμόν Graeci vocant) agendum est, ubi a communi in illo genere licentia recessisse videtur Callimachus. Ut *metathesin* haud vulgarem praebent haec vocabula: ἀμιθρεῖν Fr. 339, Cer. 87[48]); ἄργος (i. e. πεδίον) Fr. 45, v. Naek. Hec. p. 265; Κύρβαντες Iov. 46 pro Κορύβαντες habet syncopen simul et metathesin. *Syncopen* praeterea exhibet patronymicum Εὐξαντίδης[49]). *Crasi*, quam vocant, et *contractione* vocalium maxime delectatur Callimachus eaque re ab antiquo epico sermone recedit. Verum de crasi quum subtiliter disputatum a Naekio sit (Hec. pp. 94 et 113), satis hic erit commonere ne in nominibus quidem, ubi rarior est apud Homerum contractio, hac re abstinuisse Callimachum: ostendunt hoc accusativi Εὐθυμένη Ep. 16 et δωδεκέτη Ep. 20, cujusmodi formas ab Homeri usu abhorrere docet Krüger Gr. II. p. 40. Neque magis vulgarem contractionem exhibet θεῆται Dian. 181 pro θεᾶται, v. Krüger. II. p. 88; et mirabile sane est ἔσση Dian. 89 pro ἔσσεαι. Literam ν̄ in exitu vocabuli male omissam, quasi esset ἐφελκυστικόν, praebet πάλι[50]) Ep. 11, insolenter adjectam πρῷν Fr. 84 pro πρῴ.

2. Deinde etymologicam, quam vocant, partem si spectamus, quae in flexione vocabulorum insolentiam habere videntur satis multa sunt, ut in tanta linguae Graecae licentia ac formarum varietate apud doctum praesertim poëtam exspectare licet. Substantivorum igitur in declinatione haec videntur observatione digna. Frequens est *metaplasmi* usus: ut μυχά plur. a

48) Hoc enim loco Ruhnkenii conjecturam e codd. probavit Schneiderus in Philol. VI, pag. 510 sq.

49) Cram. An. IV. p. 326, 35: ἀπὸ τοῦ Εὐξάντιος ἐστὶ τὸ Εὐξαντιάς· τὸ δὲ Εὐξαντίδης παρὰ Καλλιμάχῳ ὕφεσιν ἔχει τοῦ ᾱ. Τὸ δὲ Ἑλικωνιὰς πλεονάζει· οὕτως μὲν Ἀπολλώνιος. Similia collegit Lobeck. path. I, p. 224. Cfr Wund. ad Soph. Phil. 1305.

50) Sic recentiores scribere solent: vid. Phrynichi observationem p. 284 Lob. et path. I. p. 386. De formis μέχρις et ἄχρις, quas saepissime habet Callim., quid censendum sit vix dijudicari potest: vid. Lob. Phryn. p. 14. Verum singularis usus, ut videtur, est formae χῶρι pro χωρίς fr. 48 (Ahrens. dial. Dor. 384).

μυχός Del. 142; *χαλινά* a Nom. *χαλινός* Dian. 112, Ap. Rh. 4, 1607; *δίφρα* a *δίφρος* Dian. 135 et apud Nonn.; *νησάων* Del. 66, 275 et *Κολωνάων* Fr. 428[51]); *Δωδῶνι* pro *Δωδώνῃ* Fr. 306 (cujusmodi sunt apud Homerum *ὑσμῖνι, ἀλκί*); *ἀγάλακτες* a singulari *ἀγάλακτος* Ap. 51[52]). — Substantiva *mobilia*, quae vocantur, nonnulla videntur Callimachi propria: qualia sunt *δρῆστις* Ep. 42, *εἰδυλίς* Fr. 451, *ζευγῖτις* Ap. 47, *ἡγεμόνη* pro *ἡ ἡγεμών* Dian. 227 (habent etiam alii recentiores), *ἡρωΐνη* Del. 161 (cfr quae de patronymicis mox dicenda sunt). His addi possunt nonnulla in *ειρα* a Callimacho aut solo aut cum aequalibus ipsius usurpata: ut *ἐπιθυμήτειρα* Dian. 237, *θηρήτειρα* Del. 230, *ἀρήτειρα* Cer. 43, *λήτειρα* Fr. 123, *ἱμπελάτειρα* Fr. 170, cujus masculinam formam vix reperire licet[53]). Praeterea pauca subjungantur substantiva, quibus mutatis terminationibus alia, quam quae proprie inest, generis significatio subjecta est: velati *μάρμαρον* pro *μάρμαρος* Ap. 24, ut apud alios recentiores; *λαίφη* pro *λαῖφος*, i. e. *χλαμύς*, Fr. 245; *ἦχος* pro *ἠχή* Del. 140; de *γενή*, quae vox huc referri ex aliqua parte potest, Fr. 241 pro *γένος* aut pro *γενεή*, vid. Lobeck. path. I. p. 417[54]). — *Nume-*

---

51) His exemplis haec conferantur: *βλεφάρων κυανεάων* Hesiod. scut. 7, *μοτάων* Qu. Sm. 4, 212 et fragm. ap. schol. Il. 19, 1 de quo egit Ahrens. dial. Dor. p. 229.

52) Liceat per hanc occasionem commemorare formas nonnullas novatas, ut videtur, a Callimacho, quae dignae sane erunt quibus hoc metaplasmi exemplum conferas. Nam ut est apud Callimachum *ἀγάλακτες* a nom. sing. *ἀγάλακτος* formatum, ut apud Homerum *δίπτυχα* a *δίπτυχος* et *ὑπόβρυχα* ab *ὑπόβρυχος*, quasi essent *ἀγάλαξ, δίπτυξ, ὑπόβρυξ*, ita ad eas, quae antiquitus in usu fuerunt, formas his simillimas *ἄθριξ, μονώψ, ἀνθέριξ* contraria fere ratione novas usurpavit Callimachus *ἄτριχος* Dian. 77 (cui par et simile est *πολύτριχος* Philonid. ap. Polluc. 2, 24 et *μικρότριχος* Aristot.), *μονωπός* Fr. 76, *ἀνθέρικος* Del 193: quae formae, excepto *μονωπός*, illorum Genitivi formis pares omnino ac similes sunt. Cfr schol. Theocr. 8, 3 qui Ionum dicit proprium esse *τὸ τὰς γενικὰς ποιεῖν εὐθείας*.

53) Cfr Naek. Hec. p. 170, ubi fusius agitur de his verbis et de imitatoribus Callimachi.

54) Per eandem opportunitatem observanda est ea Callimachi licentia, qua *θίς* tamquam femininum positum est Del. 282. Epigr. 5, 7. Fragm. 126, ut est apud alios recent. scriptores.

rorum vero formae nonnullae usum exquisitiorem exhibent: ut ἔλαια pluraliter posuit Ap. 37; μείλιον Dian. 130 est donum deo a supplice datum, quamquam apud Hom. non nisi pluraliter dicitur (μείλια, i. e. dona grata et praesertim nuptialia); θέμεθλον singular. solus, ut videtur, Callim. posuit Dian. 248 [55]); οἴκιον Fr. 198 (Philipp. Thess. in Anth. Pal. VI, 203. 7); μόθοι Ep. 71 plur. vix apud antiquos reperitur; Λευκόν sing. pro Λευκὰ ὄρη Dian. 41. — *Deminutiva* insolentius formata haec observavi: πολίχνη Del. 41, Pall. 9, 24; ἄστυρον Fr. 19, 104, 288 [56]); Τιτώ Fr. 206 a Τιτανίς sive ἠώς [57]). — *Patronymica* in $\overline{\iota\nu\eta}$ et $\overline{\iota\omega\nu\eta}$, qualia sunt apud Hom. Ἀδρηστίνη, Εὐηνίνη, Ἀκρισιώνη, a Callimacho non tam frequenter formata sunt quam a recentioribus poëtis: exstant enim id genus haec, quae minus usitata videntur: Ὠκεανίνη Dian. 13, 62 [58]), Δηωΐνη [59]) Fr. 82, Ἰναχιώνη Dian. 254. — *Gentile* est Δηλίτης Fr. 80, forma singularis, ut videtur. Praeterea pro gentili nomine quod est Ἀπεσάντιος positum est Ἀπέσας montis nomen Fr. 82. — Quae praeterea ad exquisitam substantivorum flectendi rationem pertinent quasi per saturam adjiciam. Πρηών, ubi Hesiod. $\overline{\omega}$ recte servavit, a Callimacho per $\overline{o}$ flectitur Dian. 52, 196. Contra τυφεδών Fr. ap. Herod. π. μον. λέξ. p. 9 insolentius $\overline{\omega}$ obtinet (Rost. Gr. pag. 106). Κάρη, quasi esset femin. primae declin., Genitivum κάρης habet Fr. 125, Accus. κάρην Com. Ber. fr. 3. Εἴρην Genit. εἴρενος Fr. 497 [60]). Ὑμήν Vocat. Ὑμέν Fr. 461, quam formam Apollon. (de adv. Bekk. p. 567, 17) κατ' ἀποκο-

55) Ceterum θέμεθλα plurali numero, cujus apud antiquos latius patet usus et significatio, Ap. 15 sensu proprio dictum est de *fundamento aedificii*.

56) Callimachum secutus est Nic. al. 15, 131. De accentu non satis constat inter grammaticos: vid. Et. m. 160, 30.

57) Deminutivum esse tradunt grammatici: vid. Et. m. 760, 52. Gud. 531, 23. Lycophr. 941.

58) Hoc ipsum apud Hesiod. est Th. 389, 507, 956.

59) Nam sic scribendum esse, non Δηιώνη, ex iis apparet quae disputarunt Valck. ep. Tittm. p. 49 et Naek. Hec. p. 15, 43.

60) Callimachi verba vid. apud Choerob. Bekk. p. 1198, Cram. I. 413, 22, quibus cfr Naek. Hec. p. 171 sq.

πὴν δύο συλλαβῶν ortam existimat ex ὑμέναιος. Θάλης, Gen Θάλητος Callimachi ratio est e regula Choerob. ad Theod. Bekk. p. 1380 (Fr. Blomf. 94, 96). Similiter Κόμης, -ητος Fragm. Bekk. p. 1188 (δημεχθέα χελλῶνα κακόκνημόν τε Κόμητα.

Adjectivorum formas a communi usu abhorrentes has potissimum afferam. Ἀμφοτέρη legitur Del. 168, cujus vocis excepto neutro genere, rarus est sing. numerus; πολύλλιτος Ap. 79, Del. 316 pro πολύλλιστος recentiorum forma est; ἐλαχύς Fr. 349 pro ἐλαχύς Callimachi fortasse est proprium; μεσσάτιον Dian. 78 e superlativo μέσσατος novatum ad similitudinem ejus quod est ὑστάτιος, imitati sunt Nic. th. 104, Dion. P. 296. Generum significatione nonnulla a veteris recedunt: ut διπλόος communis generis est Ep. 51; similiter λέχριος Del. 236; πολέες Del. 28 et πολέας Dian. 42, quibus formis masculine usus est Hom., substantivis femin. generis conjuncta sunt (cfr Ap. Rh. 3, 21); βαθύς Del. 37 (βαθὺν ἤλαο τάφρον) femininam habet significationem; τυτθαί feminina forma Dian. 64 recentiorum est. Comparationis gradus interdum habet minus usitatos: ut φιλοξεινωτάτη Del. 156, cujus formae exemplum praebuit Homerus (κακοξεινώτερος, λαρώτατος); μύχατος a μύχιος Dian. 68 (Eurip. Hel. 189. Apoll. saepissime); ὀλίζων Iov. 72, quod habent etiam alii Alexandrini, apud veteres scriptores non nisi in composita forma ὑπολίζονες Il. 18, 519 reperitur[61]); μέσσων a μέγας Fr. Bekk. 1198; ὄλβιστος Lav. 117 (de aliis, qui hac forma usi sunt, vid. lexx.) cui apte conferam non habeo nisi ῥᾷστος et φίλιστος, quod legitur Soph. Ai. 842. His annumeretur adverbii κοῦφα comparativi forma κουφοτέρως Fr. 67.

Numeralium has reperii formas exquisitiores: τριηκόντων Fr. 67[62]); δοιός singulari numero Ep. 1, 3; adverb. ἑβδομάκις e nomine ordinali formatum Del. 251.

Pronominum formas insolenter factas non reperio, prae-

61) De sententia grammaticorum, qui Aeolicam appellarunt hanc formam, sicut μέσσων Aeolicae consuetudini comparatum videmus in E. Gud. p. 384, vid. Ahrens. dial. Aeol. pp. 219 sq. et 47.

62) Idem habet Hes. op. 698. De hac flectendi consuetudine cf. Ahrens. dial. Aeol. p. 128.

terquam quod *τέων*, *quarum*, Del. 185 ad similitudinem substantivorum primae declin. formavit (cf. Krüg. Gr. II pag. 32): imitatus est Nic. al. 2, ubi vid. schol., sed masculine posuit eandem formam.

Verborum autem in flexione nonnulla exquisitiora afferam. *Ἐμέν* pro *εἰμέν* Fr. 294, cujus formae, quum in dubio sit Soph. El. 21, nullum habeo ex antiquis exemplum. *Ἔγεντο*, *γέντο* forma syncopata pro *ἐγένετο* et frequens apud recentiores poëtas, Iov. 50, Del. 147, Lav. 59. *Πιπρήσκειν* praesentis forma Callimachum videtur primum habere auctorem Fr. 85. Praes. *ἰαχεῖν* Del. 146 apud Atticos poëtas, ubi antea legebatur, valde suspectum criticis videtur. *Καταῤῥέζων*, pleniorem praesentis formam, Callim. fortasse solus habet Dian. 29, Homero autem praes. est *καῤῥέζειν*[63]), aor. *κατέρεξεν*. *Πεπλήθασιν* perf. forma rarissima (v. Buttm. *πίμπλημι*) Fr. 492. Verbi *θύειν*, *ruere*, aor. *ἔθυσεν* non legitur nisi Fr. 82. Aorist. *ἀνεύρασθαι* Ep. 48 ab antiquis removendus ex qua aetate repetendus sit incertum est (v. Lobeck. Phr. 139 sq.). Aor. imp. med. *μεταβαλεῦ* Lav. 97. *Εἶπαν* Del. 257, ad modum aor. primi formatum, non est ex eo numero quae similiter flexa apud optimos scriptores nunc quidem leguntur: cujus particip. *εἴπας* Ep. 24 Herodoteum est (Krüg. II p. 116), quod idem de *ἀπειπασθαι* (Dian. 174, 267) dicere licet, pro quo habent Hom. et Attici *ἀπειπεῖν* (Nic. al. 418 *ἀπειπάμενοι*). *Φίλαο* 2 pers. aoristi, cujus 3 personam habet Homer., Dian. 185, 189. Verbi *τμήγειν* singularis forma aor. 2 passivi est *ἐτμήγη* Fr. 300 pro *ἐτμάγη*, cujus usus imitatores appellavit Naek. Hec. p. 43. Futuri formam *ἀείσω*, quae legitur apud Theogn. 4 et Sapph. 11 Bgk., Callim. habet Ap. 29 et Del. 1, ne dicam Iov. 4, 93, Dian. 186, Del 7, de quibus locis in suspenso res est. Item Theognidis (868) est indic. praes. *σαοῖ* Del. 22. *Δεδάασιν* indicativi forma Ap. 45 *discendi* vim habet, ut pf. *δεδάηκα*, unde *δέδαεν* conjecit Bentl. Fr. 305. *Ἐπε-*

63) Hanc igitur formam a *ῥέζειν* compositam habuit Callimachus. Moneo propter Doederleinii de hoc verbo disputationem (Gloss. Hom. § 569), qui a vulgari sententia eo discedit, quod e *κατερράζειν* (i. e. *καταψῆν καὶ ἐρᾶν*, *liebkosen*) petendum esse putat.

κρήηνα Dian. 40, indicativi forma neque hujus verbi neque simplicis κραιαίνειν apud Homerum legitur [64]. Τέτμοι optat. aoristi τέτμεν, cujus non apud veteres reperimus vestigium, legitur apud Callim. Del. 159 [65]. Ἕλα imperativi forma rarissima Ep. 1, 12. 16: tamen ἀπέλα habet Xen. Cyr. 8, 3. 32. Ἐπιβήσατό μιν ἑῷ δίφρῳ Lav. 65 duplicem habet insolentiam: primum enim forma haec media rarissima est [66], deinde dativo vix conjungitur hoc verbum nisi apud recentiores scriptores [67].

3. Tum de syntactica, quam vocant, Callimachi ratione quae disputabimus ad duas fere partes pertinent, quarum erit altera de ordine verborum, altera de ipsa membrorum orationis congruentia et compositione.

A. Iam ut primum verborum ordinem et quasi structuram consideremus, Callimachum non semper antiquam illam simplicitatem consectatum esse constat [68]: etenim mirum quantum ei in deliciis fuit ejusmodi ornatus, quem commutato quodammodo membrorum ordine interdum afferebant etiam veteres poëtae orationi suae, quemque ὑπέρβατον appellant grammatici. Qui quidem usus

---

64) Ex hoc verbo quam Homerus effinxit adjectivi formam ἀκράαντος pro ἄκραντος, ea Callimacho praebuit exemplum simillimae formationis: nam a χραίνειν quum ceteri formarunt ἄχραντος, Callimachus solus fecit ἀχράαντος Ap. 110.

65) Frustra igitur Rostius in utroque libro grammatico scripsit indicativi et conjunctivi solas reperiri formas. Cfr. Theocr 25, 61 τέτμοιμεν.

66) Cfr. Hom. Od. 15, 475 νὼ ἀναβησάμενοι. Ἐπεβήσατο Apollon. quidem scripsit 4, 458 sed intransitive. Neque minorem offensionem habet δύνομαι forma media, quam exhibuit Blomf. Ep. 19 et 21; verum haec qui defendi possit nescio, nisi ex eo quod in Et. m. 291, 23 legitur δύνειν ἑαυτόν transitive dictum. Hesiodi autem op. 616 verba sunt ἐπὴν πληϊάδες . . . δύνωσιν neque ad rem quidquam efficiunt. Equidem putaverim restituenda esse δυομένων et δυομένου, quorum de mensura v. Spitzn. pros. p. 63 sq.

67) His obiter addam formam optativi in οιν pro οιμι, quam Fr. 291 Callimacho vindicavit conjectura sane probabili Nauck. Arist. praef. p. V, ubi pro ἔχοιμι δέ τι παιδὸς ἐφολκόν scripsit ἔχοιν δέ τι π. ἐφ. Reliquas de ea forma conjecturas reperies in Philol. III p. 132, IV p. 548, VI p. 387 sq.

68) Cfr Naek. Hec. p. 71 sq. 127. Rem hanc breviter attigit etiam O. Schneider. Philol. VI p. 516 sq.

quam apud Callimachum frequentissimus sit, singula perstringamus genera.

a. Primum igitur ***in praepositionibus alieno loco ponendis*** **adeo frequens est Callimachus, fere ut in hac re quasi signum quoddam ac manum ipsam scriptoris agnoscere liceat: ad quem usum frequentandum Homeri imprimis valuisse imitationem suspicari licet (cfr Krüg. Gr. II p. 308 sq. 328). Sic saepissime praepositionem a casu suo aut pluribus aut aliis quam solitum est verbis interpositis removet: ut Iov. 10** *ἐν δέ σε Παῤῥασίῳ.* **Ap. 73** *ἐκ μέν σε Σπάρτης,* **74** *ἐκ δέ σε Θήρης.* **Dian. 148** *θεοὶ δ' ἐπὶ πάντες ἐκείνῳ γελόωσι.* **Ib. 238** *ἔν ποτε παῤῥαλίῃ Ἐφέσῳ.* **Lav. 57** *ἔν ποκα Θήβαις.* **Ep. 2** *ἐς δέ με δάκρυ ἤγαγεν.* **Ep. 54** *ποτὶ γάρ μία ταῖς τρισὶ κεῖναις.* **Ep. 59** *νίκης ἀντί με τῆς ἰδίης.* **Fr. 66** *ἐν γάρ μιν Τροιζῆνι.* **Fr. 93** *ἔν κοτε Τμώλῳ.* **Fr. 213** *ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης Ἴμβρασε Παρθενίου.* **Cfr. Fr. 428, quod e schol. Od. 14, 199 explevit Naek. Hec. p. 125 sq. Del. 189** *τὸν εἰν ἔτι γαστέρι μάντιν* **ut apud Homerum est** *ἐξ ἔτι* **cum Genit.**[69]**). — Nonnunquam in** ***tmesi*** **praepositio post verbum insolentius posita est: ut Iov. 44** *τουτάκι τοι πέσε, δαῖμον, ἀπ' ὀμφαλός.* **Dian. 181** *οὔποτ' ἐκεῖνον ἦλθε παρ' Ἥλιος καλὸν χορόν.* **Del. 195** *κείνην ἐλεύσεαι εἰς ἐθέλουσαν.* **Cer. 10** *πῶς σε δύναντο πόδες φέρεν ἔς τ' ἐπὶ δυθμάς.* **Insolentiorem item, ut videtur, tmesin exhibet formula** *σύν μοι βούλευσον* **Ep. 1, 5. — Habet insolentiam certe Homero alienam** ***praepositio semel posita et secundo quidem membro conjuncta,*** **sit licet ad prius simul membrum referendá: ut Iov. 16** *δίζητο ῥόον ὕδατος, ᾧ κε χυτλώσαιτο, τεὸν δ' ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι.* **Ap. 8** *οἱ δὲ νέοι μολπήν τε καὶ ἐς χορὸν ἐντύνεσθε.* **Dian. 246** *ἔδραμε δ' ἠχὼ Σάρδιας ἔς τε νομὸν Βερεκύνθιον.* **Del. 17** *ὁππόσαι Ὠκεανόν τε καὶ ἐς Τιτηνίδα Τηθὺν ἀολλίζονται*[70]**).**

b. Deinde inversa structura fit, si ***a nomine suo removetur articulus.*** **Cujus quidem usus haec habeo exempla: Cer. 120** *χ' ὡς αἱ τὸν κάλαθον λευκότριχες ἵπποι ἄγοντι τέσσαρες.* **Ep. 58**

---

69) Nam hanc lectionem e cod. Voss. probavit Schneid. Philol. VI p. 511. Plura exempla praebet Lob. path. I p. 617.

70) Sic emendavit Valck. cfr Herm. ad Vig. p. 852. Pindari exempla dedit Bernhardy. synt. p. 202. Cfr Krüger. Gr. I p. 315, II p. 309 sq.

τῷ με Κανωπίτᾳ θεῷ. Fr. 191 *τόν με παλαιστρίτην θεόν*. Fr. 118 *οἵ φασι τεκόντες*. Cfr Fr. 315. Cer. 29 *τὸ δ' ὥστ' ἀλέκτρινον ὕδωρ ἀνέθυε* ad Homeri imitationem videtur effictum [71]).

c. Tum exquisitius *insertas in media enunciatione* habet formulas nonnullas: veluti Dian. 81 *κἀμοί τι Κυδώνιον, εἰ δ' ἄγε, τόξον ἠδ' ἰοὺς... τεύξατε*. Del. 119 *ἐν οὔρεσι πολλάκι σεῖο ὠδῖνας ἀπηρείσαντο λέαιναι*. Cer. 96 *κλαῖε μὲν ἁ μάτηρ... καὶ αἱ δέκα πολλάκι δῶλαι*. Del. 226 *ἀλλά, φίλη, δύνασαι γάρ, ἀμύνειν πότνια δούλοις ὑμετέροις*, quam quidem formulam post id verbum ad quod refertur positam exhibent loci Homeri Od. 4, 827 et 5, 25 (cfr. 4, 237). Conjunctiones et pronom. relativum saepissime in secundum aut tertium locum projecit: *ἐπεί* Jov. 15, Del. 153, 157, Lav. 121, Fr. 119; *ὡς* Ep. 53, 4; de pronomine relativo vid. Jov. 65, fr. 11, fr. 45, fr. 101. *Ἀλλά* in media oratione positum est Jov. 18 (*Λάδων ἀλλ' οὔπω μέγας ἔρρεεν*), Del. 118 (*Πήλιον... ἀλλὰ σὺ μεῖνον*) ib. 303 (*οὖλος ἐθείραις Ἕσπερος ἀλλ' αἰεί σε καταβλέπει ἀμφιβόητον*), Ep 5, 11 (*Κλεινίου ἀλλὰ θυγατρὶ δίδου χάριν*). Cfr. Fr. 277 ab Eldik. emendatum [72]).

d. Denique *verbum*, quod grammatici dicunt, interdum transpositum est: Jov. 4 *πῶς καί νιν Δικταῖον ἀείσομεν ἠὲ Λυκαῖον* [73]); Ap. 13 sq. *μήτε σιωπηλὴν κίθαριν μήτ' ἄψοφον ἴχνος τοῦ Φοίβου τοὺς παῖδας ἔχειν ἐπιδημήσαντος*. Dian. 8 *οὔ σε φαρέτρην οὐδ' αἰτέω μέγα τόξον*. Ib. 24 *ὅττι με καὶ τίκτουσα καὶ οὐκ ἤλγησε φέρουσα*. Ib. 225 *πότνια, πουλυμέλαθρε, πολύπτολι, χαῖρε Χιτώνη*, cui loco par ac geminus est ib. 259. Del. 194 *ἔνθα νότος, ἔνθ' εὖρος, ὅπῃ φορέῃσι θάλασσα*. Lav. 30 *ᾧ Κάστωρ, ᾧ καὶ χρίεται Ἡρακλέης*. Fr. 445 *οὐδ' ὅθεν, οἶδεν, ὁδεύει θνητὸς ἀνήρ*.

71) Vid. Krüger. Gramm. II pag. 207.

72) Vid. Naek. Hec. p. 180 sq., ubi exempla apposita sunt ex aequalibus Callimachi. Quae quidem structura insolentiam Callimachi propriam non habet, sed tamen est inter exquisitiora fere ornatus genera numeranda et ad tragicos maxime scriptores pertinet. Cfr. Hermann. ad Vig. § 273; Wunder. ad Soph. Phil. 1023. Ant. 550; Hartung. de partic. Graec. II p. 41. Ubique vel apud Callimachum ad omissum quoddam membrum conditionale (*εἰ μή*) referri potest; praeterquam quod Del. 303 membro quod praecedit neganti, *οὔτε σιωπηλήν, οὔτ' ἄψοφον*, opposita videntur esse *Ἕσπερος ἀλλ' αἰεί σε καταβλέπει ἀμφιβόητον*.

73) Pulchre Schneider. proposuit *καὶ νῦν*. Cfr. Hom. Il. 10, 424 sq. *πῶς γὰρ νῦν, Τρώεσσι μεμιγμένοι ἱπποδάμοισιν εὕδουσ', ἦ ἀπάνευθε;*

e. Postremo *copulam* non suo loco positam haec exhibent exempla: Del. 324 παίγνια κουρίζοντι καὶ Ἀπόλλωνι γελαστύν. Epigr. 25, 3 λοξὸν ὄφιν καὶ μοῦνον ἔχων ξίφος. Ep. 31, 3 ὀστέα σοι καὶ μοῦνον ἔτι τρίχες [74].

f. Superest ut singula nonnulla inversi verborum ordinis exempla commemorentur. Comparationis igitur membra Del. 141—147 ad Homericae quidem simplicitatis imitationem sunt expressa et disposita; tamen in altero membro τόσος debebat in initio versus 147 positum esse, ut particulae ὡς v. 141 apte responderet. — Del. 321 haec leguntur: οὐ πάλιν αὖτις ἔβησαν, πρὶν μέγαν ἢ σέο βωμὸν ὑπὸ πληγῇσιν ἑλίξαι ῥησσομένους, quamquam scribere poterat aut πρίν γε μέγαν σέο βωμὸν ὑπὸ πλ. ἑλ. ῥησσ. aut πρίν γ' ἢ ὑπὸ πληγῇσι μέγαν σέο β. ἑλ. ῥησσ. [75]. — Lav. 45 sq. σάμερον, ὑδροφόροι, μὴ βάπτετε, σάμερον, Ἄργος, πίνετ' ἀπὸ κρανᾶν, μὴ δ' ἀπὸ τῶ ποταμῶ [76]) membrorum trajectionem habent. — Jov. 42 (εὖτε Θενὰς ἀπέλειπεν, ἐπὶ Κνωσσοῖο φέρουσα, Ζεῦ πάτερ, ἡ νύμφη σέ — —) ἡ νύμφη, quod verbo ἀπέλειπεν subjectum esse debebat, participio φέρουσα conjunctum est.

B. In iis autem quae proprie solent ad syntacticam rationis grammaticae partem referri, nonnulla apud Callimachum exquisitioris usus reperiuntur exempla. Ex quibus primum numerorum quandam ἐναλλαγήν commemorem; ut καρήατα Del. 236 de capite Iridis dictum pro Accusativo sing. positum est [77]. Παρείατο Fr. ap. Cram. I p. 373, 29 (κούρῃ δὲ παρείατο δακρυχέουσα, cfr. E. M. p. 653, 20) pro singulari dictum est: ubi accedit dubitatio grammaticorum, utrum a καρῆσθαι an a παρεῖναι repetendum sit [78].

---

74) Vid. Bernhardy. syntax. pag. 431.

75) De formula πρίν γ' ἢ cfr. Hom. Il. 22, 266; de hiatu in hac versus sede, sequente praepos. ὑπό, vid. Od. 7, 193 et de correptione hujus particulae in hiatu Il. 16, 515. Plura Naekius disputavit Hec. p. 240 sq.

76) Cum Heckero et Schneidero (Philol. IV p. 480, VI p. 507) legendum est ἀπὸ τῶ ποταμῶ, quod de Inacho intelligitur. Verba autem haec debent ad μὴ βάπτετε et ad μὴ πίνετε pertinere, ut sententia sit: σάμερον, ὑδροφόροι, μὴ βάπτετε, σάμερον, Ἄργος, μὴ πίνετε ἀπὸ τοῦ Ἰνάχου, ἀλλ' ἀπὸ τῶν κρανᾶν.

77) Ejusmodi tamen corporis partium significatio ne antiquis quidem plane aliena est: v. Bernhardy. synt. p. 64.

78) Cfr. Lobeck. path. I p. 408. Bernhardy. h. lit. II, p. 1025.

Appositionis, quam vocant, nominum usum minus vulgarem haec praebent: *θηρητὴρ κύων* Dian. 207, Del. 230 (vid. Naek. Hec. p. 170); *φηγῷ ὑπὸ πρέμνῳ* Dian. 239 pro eo quod est usitatatius *φοίνικος ποτὶ πρέμνον* Del. 210, *πρέμνον ἐλαίης* ib. 322, *πρέμνον δρυός* Ap. Rh. 2, 479; *ζευγίτιδες ἵπποι* Ap. 47, ut *πῶλοι ζύγιοι* Eur. I. A. 220.

Accusativus insolenter subjicitur verbis quibusdam intransitivis, quibus praepositio cum casu aliquo aut alia structura potius accedit apud alios. Velut *ἅλλεσθαι πόντον* Dian. 195 pro *εἰς πόντον* [79]). *Πλάζεσθαι οὔρεα* [80]) Dian. 235 pro *πλ. κατ' οὔρεα* vel *οὔρεσιν* (v. Del. 192). *Ἐπιμέμφεσθαι νῆσον* Del. 163, ut idem sit quod *μέμφεσθαι*, et ibid. *μεγαίρειν* cum Accus. personae pro *μισεῖν*. *Ἀντιᾶν τινα* Ep. 73, 4 cf. Ap. Rh. 3, 693 sq. *Ἐπιμίσγεσθαί τινα* Jov 13, quod suspectum habent editt., quamquam agnoscunt codd. et schol., inde profectum est quod motum simpliciter significat. *Κινύρεσθαι* Ap. 20 habet Acc. personae, ut sit *κλαίειν*. *Ἀναστρέφεσθαι χῶρον* Lav. 76 (cfr. Hom. Od. 13, 326 *ἀν. γαῖαν*). — Neque vero contrarii usus exempla desunt, siquidem verba nonnulla, quibus transitiva proprie subjecta est vis et significatio, intransitive posuit. Velut *ἀλιτεῖν* Dian. 255, cui Accus. personae semper conjungit Hom. *Ἑλίσσειν* intransitive usurpatur Del. 13; tum transitive quidem dicitur ib. 321, sed singulari conjunctione: nam *ἑλίξαι βωμόν* est *ferri*

79) Contra Dian. 196 legitur *ἔνθορεν εἰς δίκτυα*, cui verbo Dativum subjicere solent.

80) Haec eadem structura apud verbum *ἀλᾶσθαι* non inusitata est: vid. Theocr. 13, 66. Soph. OC. 1686. Verba *ἤ τ' ἄκρης θῖνα Γλαυκώπιον ἵζει*, quae inter fragmenta Homerica relata fuerunt, Callimachi esse putat Naek. Hec. p. 195, 201 ob structuram *ἵζει Γλαυκώπιον*, quam appellat exquisitam; quamquam nullam habet insolentiam accusativus apud verba sedendi. Leguntur enim ejusmodi multa apud optimos Graecitatis auctores, eos dico poëtas, qui pure et Attice locuti sunt: ut *βωμὸν ἵζεις* Eur. Ion. 1314 (*ἱερὰ καθίζειν* 1317) similia, quae enumerare longum est. Potius videtur observatione dignum esse verbum compositum *ἐνιδρυνθεῖσα* cum Accus. *κόρσην* Dian. 78, quod praeterea verbum de situ morbi proprium est: vid. Thuc 2, 49 *τὸ ἐν κεφαλῇ πρῶτον ἱδρυθὲν κακόν*. Hippocr. *ἱδρυθεὶς πόνος εἰς στῆθος*.

circum aram, fere ut ἑλίξασθαι περὶ βωμόν. Ἐγεινάμην transitive illud quoque dici solet; contra Del. 260 et Cer. 58 intransitive positum est pro ἐγενόμην, quem alii quoque recentiores habent usum. — *Accusativum* interjectioni junctum, ut Lav. 89 ὢ ἐμὲ δειλάν, quod est Latine *o me miseram*, apud veteres poëtas non nisi raro reperire licet: v. Bernhardy. synt. p. 134.

Dativi usus insolentioris haec potissimum afferam exempla: Βαρύνεσθαι *irasci*, quod saepissime absolute dicitur, Del. 244 cum dativo personae junctum est, sicut fieri solet apud ea verba, quorum propria est haec significatio. Πλήθειν Fr. 166 et 492 habet dativum pro genitivo.

Pronominum in usu nonnulla videntur observanda. Veluti σφί Del. 15 ut accus. sing. positum est, ut nonnumquam fieri solet apud tragicos et poëtas recentiores. Ὅς, possessivum tertiae personae, Dian. 103 secundae pers. vim habet[81]. Formam ἑά usurpasse Callimachum pro τεά et pro σφωΐτέρου tradidit Apollon. de pron.[82]. Σφέτερος pro sing. ἑός Dian. 229, Del. 233[83]. Simplicis relativi pronominis significationem subjecit verbis ὅστις (Ap. 23, Del. 156, 229, ὅτις Cer. 47[84]) et τίς (Ep. 29, Fr. 272[85]). Pronomen interrogativum τίς Ep. 1, 5 et 3, 1 ubi de

---

81) Frequentes in hoc usu sunt recentioris aetatis epici poëtae, ut Ap. Rh. 4, 1384 pro ὑμέτερος posuit ὅς. Pronominum autem personas quod inter se confusas ab iis videmus, id inde profectum esse putaverim, quod cupide arriperent quaecumque in antiquis Homeri exemplaribus a grammaticis nondum satis expolitis reperirent insolentius dicta: cujusmodi unus Homeri locus diligentiam Aristarchi fugit, Od. 1, 402 (ubi Bekkeri tamen auctoritate nunc legitur σοῖσιν): vid. Wolf. prolegg. p. 247. n. 33. Krüg. Gr. II p. 68. Sic sumpsisse videtur Callimachus ex antiquis illis exemplaribus vocabula κακετάεντος et φή (v. Blomf. ad Fr. 224. Wolf. ib. p. 204, n. 73).

82) Bekk. p. 399, ex quo quod recepit Naek. Hec. p. 158 ἑὰ κήδεα λέξον, ei cfr. Hom. Od. 14, 185 ἀλλ' ἄγε μοι σύ, γεραιέ, τὰ σ' αὐτοῦ κήδε'. ἔνισπε.

83) Praeierunt Hesiod., Pind. Aesch., alii: vid. lexx.

84) Cfr. Hom. Il. 23, 43 οὐ μὰ Ζῆν', ὅς τίς τε θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος. Od. 17, 53 ξεῖνον ὅ τίς μοι κεῖθεν ἅμ' ἕσπετο, Krüg. Gr. II § 51, 8. 4.

85) Vid. schol. Soph. OC. 3. Bernhardy. synt. p. 443.

duobus agitur pro *κότερος* positum est: quae res, quamquam ne apud veteres quidem inaudita est omnino, tamen ad exquisitiorem usum pertinet [86]. Pronominis indefiniti, quod vocant, usus is est apud Callimachum non infrequens, quo *τὶ* additur adjectivis neutrius generis, quae verbis transitivis aut intransitivis subjecta quodammodo sunt: velut *ἐπένευσεν ἡδύ τι φοῖνιξ* Ap. 4; *γυναικὸς ὀϊζυρόν τι χανούσης* ib. 24; *σπερχομένη μέγα δή τι* Del. 60; *ὤπτηται μέγα δή τι* Ep. 44, 5; *ἄφατόν τι κοτέσσατο* Cer. 58; *διψάσας ἄφατόν τι* Lav. 77; *αἰνήσεις μέγα δή τι — — — μάντιν* Del. 189; *ἀλλά μιν ἔκπαγλόν τι σεβίζομαι* ib. 247; *νύμφαν μίαν πουλύ τι φίλατο* Lav. 58 [87]. Demonstrativi et relativi pronominis ita nonnumquam mutatur vis, ut alterum pro altero ponatur: velut *οὐδ' ὅσσον*, *ne tantillum quidem*, Ap. 36; *τόσσα* relative ib. 80, Del. 246; *τόσα — τόσσα* ib. 93, ut *ὁκκόσον — ὅσσον* Fr. 451 ex emendatione Naekii Hec. p. 156; de *ἥντινα — ἥντινα* Dian. 18 disceptatur, quod Stephani conjecturam *μίην τινά* defendit Naek. Hec. p. 32, 71; *Τριόπῳ θ' ὅσον, ὁκκόσον Ἔννᾳ* (*ἐπεμαίνετο*) Cer. 31, qui locus sic explicandus videtur: "Ceres amabat Dotium urbem (ubi a Triopidis celebrata erat) non minus quam Eleusin, sicut postmodo Triopum (Triopidarum item urbem) non minus quam Ennam" [88]. — In sententiis autem relative, ut ajunt, enun-

---

86) Cfr. Stallb. ad Plat. Phileb. p. 52 D.

87) De h. Dian. 132 *πλὴν εὖτε πολυχρόνιόν τι φέρωσιν* adhuc dubium est propter cod. Marcian., qui hoc versu caret, quare de verbo *φέρωσιν* dissentiunt docti viri. Cfr. Schneider. in Philol. VI p. 540. Ceterum his apparet exemplis formula *μέγα δή τι* quam fuerit Callimacho in deliciis: cfr. Lav. 122 *ἠ μέγα τῶν ἄλλων δή τι περισσότερον.*

88) His ita explicatis locis video quantum temeritatis crimen subeam, qui ea de re judicare ausus sim, de qua contraria omnia disputavit Lobeck. path. I p. 183 sq., ubi negat relativum *ὅσον* demonstrativi loco poni. Utut est, per hanc opportunitatem liceat eandem in particulis quibusdam notare licentiam. Veluti *τάφρα — τόφρα* Del. 39 (cfr. Apollonii usum 3, 807); *τόθεν* pro *ὅθεν* Dian. 114; *τόθι* pro *ὅθι* Jov. 32 (vid. Naek. Hec. pag. 84); *τοὔνεκεν* Fr. 53 pro *οὕνεκα* sive *ὅτι* dictum est, in quo duplex ab Ammon. (diff. voc. p. 136) notatur insolentia: primum *ὅτι δέον εἰπεῖν οὕνεκα, τοὔνεκα εἶπεν*, deinde *ὅτι ἀντὶ τοῦ κα κεν εἶπεν*, quod ab epico sermone abhorret. Ceterum non minore est audacia quod pro *οὕνεκα* dixit *ἕνεκα* Fr. apud Apoll. de conj. (Bekk. p. 505: *οὐδ' ἕνεκ' Εὐρυνόμη Τιτηνιάς*), *εἵνεκεν* Fr. 287 (*εἵνεκεν οὐχ ἓν ἄεισμα διηνεκὲς . . . ἤνυσα*),

ciatis duobus maxime rebus Callimachus delectatur. Primum enim id nomen ad quod refertur pronomen relativum post hoc ipsum ita ponere solet, ut videatur epexegesin quandam pronominis habere: qui quidem usus maxime observandus est ubi relativum membrum non proprie et necessarie ad rem primariam notis quodammodo distinguendam pertinet, sed ad aliena fere per occasionem subjicienda[89]): Ut Del. 156 οὐδ' ἥτις Κέρκυρα φιλοξεινωτάτη ἄλλων, in medio relativo membro inter pronomen et praedicatum Κέρκυρα interpositum est. Fr. 50 γεργέριμον ... καὶ ἥν ἀπεθήκατο λευκὴν εἰν ἁλὶ νήχεσθαι φθινοπωρίδα. Cfr. Fr. 164, Del. 267. Deinde καί cum relativo pronomine, omisso nomine aut pronomine ad quod erat referendum, antecedentibus conjungi solet: cujus loquendi formulae apud Callimachum frequentissimae haec afferantur exempla: Del. 21 Σαρδὼ θ' ἱμερόεσσα, καὶ ἥν ἐπενήξατο Κύπρις. Ib. 168 ἀμφοτέρη μεσόγεια, καὶ αἳ πελάγεσσι κάθηνται. Cfr. 281, 326[90]), Cer. 5 μὴ παῖς .... μηδ' ἃ κατεχεύατο χαίταν. — Relativi significationem pronomine αὐτός repetitam exhibet Ep. 43 ὧν ὁ μὲν αὐτῶν, cujus formulae exempla collegit Goettl. animadv. in Callim. Epigr. et Ach. Tat. p. 19 sq. (cfr. Herm. ad Vig. p. 709).

In usu *articuli* quamquam semper fere Homeri consuetudinem imitatus est Callimachus et vero Atticorum ad similitudinem nonnulla expressit[91]), tamen est ubi insolentia aliqua deprehendatur:

εἵνεκα Fr. 306 (μή με τὸν ἐν Δωδῶνι λελεγμένον εἵνεκα χαλκὸν ἤγειρον ... ex emendatione Naekii Hec. p. 52). — E particularum vero usu insolentiore ad alium progredior locum, Dian. 4, de quo putaverim non verissima judicia fecisse neque Bernhardyum (cui ὡς ὅτε videtur pleonasmum habere, sicut ἦμος ὅτε Dion. 1158) neque Lobeckium (qui path. I p. 133 ὅτε ἐφεζομένη pro ὅτε ἐφέζετο positum dixit). Verba autem Callimachi Ἄρτεμιν ... ὑμνέομεν ... ἀρχμενοι ὡς ὅτε πατρὸς ἐφεζομένη γονάτεσσι ... τάδε προσέειπε γονῆα sic potius explicanda videntur: "in Minerva celebranda ita incipiamus ut [ipsa incepit] quum patris insidens genubus parentem sic alloqueretur".

89) Vid. Krüg. Gramm. I § 51, 12. not. § 54, 13. not. 1.

90) Hunc tamen locum conjecturis emendarunt *Kochly* (καὶ ἥ σφ' ἐλοχεύσατο Λητώ) et *Schneider*. (καὶ ἥ 'νελοχεύσατο Λητώ): vid. Phil. VI, p. 509.

91) Nam quae sunt Ep. 1, 3 ἡ μία μέν — ἡ δ' ἑτέρη, iis similia

ut Del. 13, 8 αἱ δυςαεῖς ἐσχατιαὶ Πίνδοιο, si omnium Pindi verticum epitheton est δυςαεῖς, articulus non suo loco positus videtur. Τὸ καλὸν Ep. 55 adverbialiter positum pro καλῶς recentiorum est.

Verborum genera non semper habent vim suam atque usum, sed altera pro altera forma nonnumquam videtur usurpata. Veluti κομᾶσθαι pro κομᾶν Dian. 41 (ὄρος κεκομημένον ὕλῃ). Ἅπτεσθαι in genere medio Dian. 116 est *incendere*, sicut vulgo usurpatur activa forma. Σχέσθαι Jov. 28 passive omnino positum est, subjuncto Genitivo cum ὑπό (καί ῥ' ὑπ' ἀμηχανίης σχομένη φάτο πότνια Ῥείη). Cujus quidem usus speciem aliquam habent etiam Homeri loci multi et praesertim frequens haec formula θαλερὴ δέ οἱ ἔσχετο φωνή [92]).

In ratione *temporum et modorum*, etsi religiosus fere et subtilis est in hoc genere Callimachus antiquae elegantiae imitator, tamen est ubi aliquid deprehendere liceat insolentiae. Ut in usu temporum offensionem haec habent: *Praesens*, quod vocant, *historicum* Cer. 41 (ᾔσθετο Δαμάτηρ ὅτι οἱ ξύλον ἱερὸν ἀλγεῖ) post aoristum verbi sentiendi. *Aoristus* in membro primario, praecedente ἥν cum Conjunctivo, Ep. 32, 4 ἥν δέ τις εἴπῃ . . . οὐκ ἔλαβεν. *Perfectum* βέβηκε pro aoristo positum Cer. 76 (χθιζὸς βέβηκε) in Callimacho valde displicet [93]). — Modorum autem usus insolentioris haec habeo exempla: *indicativus* praeteriti verbo ὤφελον subjunctus, ut apud optandi particulas fieri solet, Ep. 18 ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες [94]). Indic. praeteriti formulae εἰς ὅ κε subjectus Del. 150 (εἰς ὅ κέ οἱ Κοιηῒς ἐκέκλετο) recentiorum

---

sunt Il. 16, 173—179 τῆς μὲν ἰῆς — τῆς δ' ἑτέρης. Tum in verbis ἡ δ' ἀποβρίζει τὸν πάσαις ὕπνον ὀφειλόμενον (Ep. 17, 4) de loco articuli vid. Krüger. Gr. II § 50, 8. 3. Atticorum autem imprimis est articulus cum Nominativo ita positus, ut compelletur aliquis: veluti Lav. 47 σάμερον αἱ δῶλαι . . . οἴσετε. Cfr. Ap. 8. Vid. Krüg. I § 50, 8. 3.

92) Krüg. II p. 121. Cfr. Apollon. 3, 811. 4, 920.

93) De hoc tamen loco elegantem fecit conjecturam Schneid. Phil. VI p. 508: βεβήκει, sive restituto Dorismo βεβήκη.

94) Vid. Herm. ad Vig. p. 757. Alius ejusdem aoristi abusus reperitur Ep. 57, ubi χρέος ὤφελεν pro *debere* positum est.

est[95]). *Conjunctivus* pro Optativo positus est Dian. 243 (ἐπήϊσαν σύριγγες, ἵνα πλίσσωσιν), ubi verba ὑπήϊσαν σύρ. omnino rem praeteritam significant, cujus nullus cadit in tempus praesens aut futurum effectus. *Optativus* insolentius usurpatur Dian. 151: θεοὶ ... γελόωσι ... ταῦρον ὅτ' ἐκ δίφροιο ... φέροι[96]). *Imperativus* aoristi pro Conjunctivo positus est in Fr. apud Boisson. An. III p. 239 (Cram. I p. 207): Ἴσχε τέκος, μὴ πῖθι[97]).

4. Superest ut de *Particulis* breviter disputetur, quarum in usu ab optimorum scriptorum consuetudine nonnihil recessisse Callimachum haec ostendunt. Ἆ pro εἴθε Fr. 823, ubi addi potest testimonium Photii (Etym. Sturzii p. 594: τὸ ἄλφα περισπασθὲν δηλοῖ τὸ εἴθε· οὕτως γὰρ Καλλίμαχος κέχρηται). Ἄνω cum Genitivo praepositionis vim habet Jov. 24 pro ὑπέρ. Αὖθι de tempore dicitur[98]) pro αὐτίκα Dian. 46; tum pro αὖτις positum

95) Eundem Apollon. exhibet usum I, 820 εἰσόκε τις θεὸς ἄμμιν ὑπέρβιον ἔμβαλε θάρσος (*Merk.*).

96) Locus hic a criticis tentatus est: Ernestius conjecit φέρων, ut hic esset nexus: θεοὶ γελόωσι, ὅτε Ἡρακλῆς, ταῦρον ἐκ δίφροιο φέρων, κερδαλέῳ μύθῳ σε πινύσκει. Blomf. φέρει restitutum vult, sicut Dian. 66 sq. (ubi antea fuit ὅτε τις ἀπειθέα μητέρι τεύχοι, μήτηρ Κύκλωπας καλιστρεῖ) veram lectionem τεύχει dedit cod. Voss. Et huic loco codicem eundem succurrere putaverim. Nam ejus e lectione τάδ' ἐπινύσκει suspicamur totum a versu 148 locum hanc habuisse speciem:

θεοὶ δ' ἐπὶ πάντες ἐκείνῳ
ἄλληκτον γελόωσι, μάλιστα δὲ πενθερὴ αὐτή.
Ταῦρον ὅτ' ἐκ δίφροιο μάλα μέγαν, ἢ ὅγε χλούνην
κάπρον ὀπισθιδίοιο φέροι ποδὸς ἀσπαίροντα,
κερδαλέῳ μύθῳ σε, θεή, μάλα τῷδ' ἐπίνυσκεν· κ. τ. λ.

Scholiastes quidem ipsum, quod editum est, πινύσκει agnoscit; at quae sequuntur verba ἔνεπεν et πονεῖτο v. 158, quaeque item offenderunt interpretes, optime cum illo ἐπίνυσκεν conveniunt. Totus igitur sententiarum nexus hic fere fuerit: "Iam post Apollinem Hercules praedam Dianae accipit semperque indefessus ad portam stat, exspectans pinguem feram: dei vero omnes studium ejus et aviditatem rident. Qui quoties taurum aut aprum efferebat e curru, tecum his argutiis cavillatus est."

97) De hac insolentia vid. Hartung. de partic. Graec. II p. 152. Krüger. Gr. I § 54, 2. 2.

98) Contendit tamen Rostius in lex. Passow. a consuetudine Graecorum hunc usum abhorrere.

significat *iterum* Jov. 94 et Lav. 103; denique πρῶτα μὲν — αὖθι δὲ (ut est apud Atticos αὖθις) alterum alteri respondet Dian. 240. Εἵνεκα μισθοῦ Dian. 175 pro eo quod dicitur fere μισθοῦ aut ἐπὶ μισθῷ. Ἤλιθα, quod Homero est *satis, abunde*, Lav. 124 pro μάτην, ἠλιθίως positum est [99]). Μέσφα cum Accus. μέσφα τὰ πρυτανήϊα Cer. 129; deinde, ut μέχρι, alii praepositioni adjicitur Del. 47 (μέσφ' ἐς Ἀθηναίων ... Σούνιον ἄκρον, cfr. Arat. ph. 599 μέσφα παρ' αὐτὴν οὐρήν); tum ad verbum primus retulit Callim. Cer. 93 μ. ὀστέα μῶνον ἐλείφθεν [100]), Fr. 221 (μέσφα ἦλθεν) et addito ὅτε Dian. 195 (μέσφ' ὅτε ἥλατο πόντον), Cer. 112 (μέσφ' ὅτε κεῖτο); denique Callim. fortasse solus nude posuit omnino, ut sit *interea*, Lav. 55 μέσφα δ' ἐγώ τι ταῖσδ' ἐρέω. Μέχρις ἵνα conjuncta sunt Dian. 28. In ἐξέτι duae res observandae sunt: primum quod cum adverbio κεῖθεν positum est Ap. 104 [1]); tum Ap. 47 membrum respondens habet relativum, ubi repetitur praepositio ἐκ (ἐξέτι κείνου, ἐξ ὅτ' ... ἔτρεφεν ἵππους [2]). Huic similem praepositionis cum adverbio conjunctionem exhibet εἴς ἔτι καὶ νῦν Dian. 77 (sive ὑφέν scriptum εἰσέτι) cfr. Polyb. 2, 16 13. Ceterum ut conjunxit Hom. ἐπὶ δηρόν, Soph. ἐπὶ σμικρόν, Herod. ἐπὶ μᾶλλον, ut adverbiorum fere insit vis, ita Callim. posuit μετὰ δήν Fr. 144, ἐπὶ μέγα Dian. 55 (pro μεγάλως, ut tradidit Suid. v. Bentl.), ἐπὶ πλέον, de quo vid. Naek. p. 242.

Denique in usu *negandi particularum* nonnulla videntur licentiam aliquam habere. Velut in oratione negante si disjuncta inter se membra cum negatione repetita inserenda erant (cujusmodi formula est haec: οὐκ ἔχω οὔτε σῖτον οὔτε ἐσθῆτα), cum affirmatione disjuncta sunt Lav. 111 sq. ἀλλ' οὐκ αὐτὸν ὅ τε δρόμος αἵ τ' ἐν ὄρεσσι ῥυσεῦνται ξυναὶ τᾶμος ἑκαβολίαι. Recentiorum est

---

99) Similis usus est Apollonii 2, 283, de quo egit Merkel. prol. p. CLXXX. Cfr. Doederl. gloss. § 483.

100) Accentum posui ex auctoritate schol. Theocr. 7, 60: ἐφίλᾱθεν· ἐφιλήθησαν ἢ φιλοῦνται. ἔστι δὲ αἰολικόν, ὡς καὶ τὸ ἐκόσμηθεν. Καλλίμαχος δὲ τοῦτο παροξύνει.

1) Ἐξέτι cum adverb. πάλαι apud Philonem observavit Lob. Phr. p. 48.

2) Similis fere locus est Apollon. 4, 430: ἐξέτι κείνου, ἐξ οὗ ἄναξ ἐγκατέλεκτο οἴνῳ κ. νέκταρι.

οὐ pro οὐδὲ positum in formula οὐχ εἷς, οὐχ ἕν (*ne unus quidem, nullus*) Fr. 287 [3]). Inauditum fere vocaverim quod Fr. 144, si Suidae credere licet, particula μή ita posita est, ut habeat et consilii significationem et illam negationis vim, quae ad singulum vocabulum relatae particulae οὐ subjici solet. Verba enim Callimachi (a Naekio Hec. p. 238 emendata) ἠρνεόμην θανάτοιο πάλαι καλέοντος ἀκοῦσαι, μὴ μετὰ δὴν ... sic interpretatus est Suid. ἵνα οὐ μετὰ δὴν καὶ ἐπὶ σοὶ θρηνήσω ἀποθανόντι, *ut non multo post*. Contra οὔτε οὖν — οὐδέ Del. 163 licet a nullo praeter Callimachum scriptore ita conjuncta fuerint, tamen quod negat Blomf. Graece ita dici posse, id durius videtur judicium esse [4]).

3) Cfr. Del. 192, ubi reperitur lectio οὐχ ἐνὶ χώρῳ, Ap. Rh. 4, 498.

4) Certe Homerus plus semel οὔτε οὖν dixit: Od. 1, 414 οὔτ' οὖν ἀγγελίῃ ἔτι πείθομαι ... οὔτε θεοπροπίης ἐμπάζομαι. Deinde particulis οὔτε — οὐδέ membra inter se conjungi posse satis docet Homeri exemplum Od. 8, 568 οὐδέ ποθί σφιν οὔτε τι πημανθῆναι ἔπι δέος, οὐδ' ἀπολέσθαι. Exempla utriusque rei satis multa dabit Hartung. partic. Graec. I. p. 194 et II. p. 12.

Corrigenda.

Pag. 13 lin. 11 sup. pro ipsae leg. ipsa
» 16 » 8 inf. leg. ab aliis aliter
» 20 » 7 » pro discunt leg. dicunt
» 29 » 13 sup. » δεκάτη » δεκάτῃ
» 31 » 5 » post observandi verbum signum: omissum est.
» 41 » 16 » leg. Ἄμπωτις
» 46 » 17 » » Ptolemaeo

Praeterea si qua minus emendate descripta sunt, eorum expeto excusationem legentium.